t Cui exprobrasti &c. cōminando & blasphemādo ex nimia superbia: & respōdet prophetа. v Ad sanctū israel. i. ad deū sanctificantē israel. vel sic: Ad illū quez israel adorat vt sanctuz sanctoꝝ: & sic superbisti ꝛ deū: & non ꝛ hominē tm̄. x In manu seruoꝝ &c.] vt patz de rapsace precedenti ca. & de alijs nūcijs a sennacherib missis: vt hi i isto ca. & iste fuit maior: ꝓceptus q̄ si sennacherib hꝰ fecisset in propria pſōa: sicut dare a lapā alicui p pſona vilē: q̄ si nota bilis hoc faceret manu propria. y Et dixisti. p̄ suptuose attribuendo tibi victorias: quas diuina virtute habuisti: iō subdit: In multitudine &c. z Ego ascendi i altitudines montiū. i. iudee q̄ ē terra montuosa. a Juga libani. i. montez syon vbi erat tēplū qđ dicitur hic libanꝰ: eo q̄ erat edificatuz de lignis libāi: vt habet .iij. Reg. .v. Et loquitur ò futuro p moduz ꝓteriti: q: pre supbia credebat certitudialiter hoc futurū ee ac si iā fecisset: verūtn̄ q: realiter nō erat factuz: iō subdit p modū futuri: b Et succidā excelsa &c. Jtē plū. n. erat edificatū partim de lignis cedrinis: & ptiz de abiegnis. c Saltū carmeli eius. ad pascendū aialia: q̄ ibi pascebantur in magna copia. d Ego fodi. ſ. puteos & cisternas de nouo. & causa subdit: e Et siccaui vestigio pedis mei &c. q. d. tanta ē multitudo exercitus mei in hominibꝰ & aialibus: q̄ aque preexistētes ibi nō sufficerent. f Nunquid nō audisti. tu sennacherib. g Que oliz feceri. creando mundū de nihilo. vel aliē & melius vt vī: g Que oliz feceriz. transferēdo regna de gēte i gentē ꝓ voluntate mea. q. d. sic: vt ex annalibus & chronicis in ꝓspectu tuo lectis: sicut & de assuero legitur hester. vj. ca. in aliquibus libris additē. Ei. ſz nō est in hebreo nec. iiij. Reg. xix. vbi ponitur ista historia si tamen addatur non est referenduz ad regez assyrioꝝ: sed ad genus humanum: cuius deus transtulit potestates & regna: vt dictū est. h Ex diebus antiquis. i. ab eterno. i Ego plasmaui illud. i. disposui fiendū quicquid fit successione temporꝝ. k Et nunc adduxi. i. victorias quas per patres tuos & te feci: propter peccata hominū punienda: fm q̄ dicitur supra. x. l Ue assur virga furoris mei & baculus ipse est. l Et factū ē &c.] i. principū ad inuicez discordantiū: q: aliqui volebant se reddere: alij vero contradicebant. m Habitatores eaꝝ &c.] i. potestate eoruz diminuta. n Facti sunt &c.] in quo non est potētia resistēdi. o Et herba tectoꝝ. que deficit anteq̄ veniant ad perfectionem. p Habitationē tuam. in regno tuo. q Et egressuz tuum. ad veniendum contra populum meum. r Et introitum tuum: intra iudeam. s Ego cognoui. i. ate disposui. t Et ire saniam tuam contra me. vt permitterem hoc te facere: quia deus non est actor maliculpe: nisi tantuz permissiue. v Furores aduersus me. meaz maiestatē blasphemādo. x Superbia tua. qua facta p̄dicta attribuisti tue virtuti. y Ascendit in aures meas. q̄si diceret: tempus est te reprimendi & puniendi: ideo subditur: z Ponā ergo &c.] sicut fit bubalis: vt iugo supponantur. a Et frenū i labijs tuis. sicut equis i domitis. a Et reducā te. malis gratibus tuis. b In viā per quā veniſti. vt habet ifra eodē ca. c Hec bi autē. Dic ad predictoz confirmationez dat mirabile signuz: cū subditur: d Comede &c.] i. sine cultura hominis: & illa fuerunt que germinauerunt ex granis contritis ab exercitu sennacherib: qui vastauit & diripuit bona terre: quando iuit ad pugnandum contra regem ethiopie: vt dictum est: quia sicut dicunt hebrei ex illis granis tot bona creuerunt q̄ totus populus egechie potuit vno anno ex illis viuere. e Et i anno secundo &c.] dicit Ra. Sa. q̄ exercitus sennacherib preciderat arbores fructuosas: & ipsi egechie ꝓmittitur: q̄ miraculose facerent ramos ita magnos: q̄ de fructibus ibi nascentibus populus anno secundo poterit sustentari. f In anno autem tertio seminate &c. quasi diceret O tu egechia cum videris hec duo signa: scias ruinam sennacherib futuram in principio anni tertij: quando reuertitur ad obsidendum hierusalem: q̄ ipso dicto poteris tute seminare & metere: & viuere quiete: ideo sequitur: Et mittet &c. subditur: g Radicem deorsum. idest stabilietur in terra. h Et faciet fructum sursum. i. opera sancta. i Quia de hierusalem &c.] i. due tribus que remanserāt aliꝰ decez captiuatis: & iste due tribꝰ timore sennacherib intrauerūt hierlz fugiēdo de circūstātibꝰ locis timore sennacherib: sz exercitu eiꝰ percusso exierūt inde secure ad loca sua redeūtes. k Et saluatio de mōte syō. q: dictiones egechie ibidē i tēplo statis: & sacrificia sacerdotū cū ꝑcibꝰ esaie meruerunt illaz saluationē populi de manu sennacherib. l Zelus domini &c.] vindicās blasphemiā sennacherib. m Propterea. hec dicit dñs. cuius verbū nō pōt falsū ee.

a ¶ Non intrabit ciuitatē hanc. vt credit. b ¶ Et non iaciet ibi sagittā. qz nō ꝓmittet tm̄ appꝛopiquare: vt hoc possit facere. c ¶ Et nō occupabit eaz clypeus. i. bellatoꝛes clypeati ad inuadēdū ciuitatē parati: vñ. iiij. Reg. xix. dī: Et nō occupabit eā munitio: qz sicut dicit Ra. sa. adhuc exercitus sennacherib non erat añ hieruſalez: qz fuit pcussus in nobe: q̄ nō multuz distat a hierlz: ⁊ huic ꝓsonat qđ dictū est supꝛa. x. Adhuc dies est: vt in nob stet: ⁊ dī ibi nob locus ille: quē Ra. sa. vocat nobe. d ¶ Et nō mittet in circuitu ei⁹ aggerē. ad iplēdū fossata. e ¶ In via q̄ venit ⁊c. qz ꝓpulsus fuit fugiendo redire i terrā suā: vt hī pte sequnti. f ¶ Protexi me ⁊ pp meā iusticiā ꝺomō strādaz in sennacherib destructione: et gloziam meā in tēpli ꝓtectione. g ¶ Egressus ē. Premissa ꝺnūciatione pꝛophetica de ruina sennacherib: hic ꝓñt ponit executio angelica: vbi p⁹ ponit pcussio exercit⁹: cū dī: Egressus ē aūt ⁊c. 2⁹ pcussio regis: cū dī: h ¶ Et egressus ē. ꝺ iuꝺea ꝓfusibiliter fugiens. i ¶ Et factuz est ⁊c.] Dicunt aliqui q̄ hoc fuit qz ꝺrdinauerat assaradō regnaturū post se: istis duob⁹. s. adramelech ⁊ sarsar filijs suis postpositis: ⁊ sic interfecerunt euz desiderio regnādi: sed huic videtur obuiare: qꝺ subdit: k ¶ Fugerūtq̄ in terrā ararath. i. armenie: ⁊ sic videt q̄ non interfecerunt cū cupiditate regnandi: pp qꝺ Ra. sa. aliā causaz assignat dicens: q̄ principes regni sui erant turbati ꝺ eū: eo q̄ filij eoꝝ ⁊ amici fuerant mortui: ꝓpter eius supbiā ⁊ blasphemiā ꝺ deū israel: vt dictū ē pꝛopter qꝺ tractabant de morte ipsius: qꝺ cū ad aures eius pueniſſet: intrauit tēplū dei sui ozans ⁊ ꝓmittes q̄ si periculū hoc euaderet: in eius honorē duos filios pꝛedictos sacrificaret. qꝺ intelligentes filij eū interfecerūt ne ab eo occiderent. ⁊ huic ꝓsonat qꝺ dī: Cū adoraret ⁊c.

In dieb⁹ illis. Post liberationē eꝛe- chie ab hoste: hic ꝓñt ponit eius liberatio ab infirmitate. Circa qꝺ primo pōit eius mirabilis sanatō 2⁹ repꝛimit ex hoc insurgens elatio ca. sequēti. Prima i tres qz primo ꝺnunciat sanatio: 2⁹ interponitur eꝛechie ozatio: ibi Scriptura: 3⁹ sanationis executio: ibi Et iussit: Prima in duas: qz primo sanatio nunciat: 2⁹ ad hoc signū mirabile datur: ibi Hoc autē. Circa primū premittit ifirmitas: 2⁹ nūciat sanitas: ibi Et factū ē. Circa primū dī: a ¶ In die⁹ illis egrotauit ⁊c. i. talr q̄ nō poterat curari p naz. Dicūt aūt aliq̄ q̄ hoc ꝓtigit ei: eo q̄ nō reddiderat gr̄as dño sufficiēter de pcussiōe exercit⁹ sennacherib. Sz h⁹ ipꝛobat ꝛa. sa. p h⁹ q̄ esaias dixit sibi postea: Et de manu regis assyrioꝝ eruā te ⁊ ciuitatē istā. Ex quo vī q̄ illa pcussio exercit⁹ fuit post infirmitatē eꝛechie: ⁊ nō añ: pp qꝺ dicit h⁹ ei accidisse: eo q̄ noluerat vxoꝛē accipe: qꝺ tñ facere tenebat: vt linea dauid in regno p ipm ꝓtinuaret: pp qꝺ ꝓualescēs accepit vxoꝛē de qua genuit manasses] ⁊ huic ꝺco ꝓcorꝺare vī: qꝺ habetur iiij. regū. xxi. vbi dī q̄ manasses erat. xij. ānoꝝ cuz regnare cepisset i mediate p⁹ morte eꝛechie: qui vixit. xv. annis post sanatiōez istā. Ioꝺo dicit ra. sa. q̄ illꝺ quod sequitur:

Non intrabit ciuitatē hāc: et nō iaciet ibi sagittā: et nō occupabit eā clypeus: et nō mittet i circuitu ei⁹ aggerē. In viā q̄ venit p eā reuertetur: ⁊ ciuitatē hāc nō ingredietur dicit dñs. Et protegā ciuitatē istaz vt saluē eā: ꝓpter me ⁊ ꝓpt̄ dauid seruū meū. Egressus ē aūt angelus dñi: ⁊ pcussit i castris assyriorū centū octogintaquinqz milia. Et surrexerūt mane: ⁊ ecce oēs cadauera mortuoruz. Et egressus ē ⁊ abijt. Et reuersus ē sennacherib rex assyrioꝝ: ⁊ habitauit i niniue. Et factū ē cū adoraret i templo nesrach deū suū: ad ramelech ⁊ sarasar filij eius pcusserūt eū gladio fugerūtq̄ i terrā ararath: ⁊ regnauit asaraddon filius eius pro eo.

¶ Capl'm. XXXVIII.

In diēb⁹ illis egrotauit eꝛechias vsq̄ ad mortē:] ⁊ introiuit ad eū esaias filꝰ amos ꝓphete ⁊ dixit ei: Hec dicit dñs: Dispone domui tue qz morieris tu ⁊ nō viues. Et conuertit eꝛechias faciē suā ad parietē: ⁊ orauit ad dñz: ⁊ dixit] Obsecro dñe: memento qsō quō ābulauerim coꝝā te] in veritate ⁊ i corde perfecto: ⁊ qꝺ bonū ē in oculis tuis feceri. Et fleuit eꝛechias fletu magno. Et factū ē vbuz dñi ad esaiā dicēs: Vade ⁊ dic eꝛechie: Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui orationē tuā: ⁊ vidi lachrymas tuas. Ecce ego adijciā sup dies tuos quindecim ānos: ⁊ de manu regis assyrioꝝ eruā te: ⁊ ciuitatē istā: ⁊ protegā eam. Hoc aūt tibi erit signū a dño: qz faciet dñs verbum hoc qꝺ locutus est. Ecce ego reuertī faciā vmbraꝝ lineaꝝ p qs descenderat in horologio achaz i sole ⁊rorsū decē lineis: ⁊ reuersus ē sol decē lineis p graꝺ⁹ quos ꝺscēderat.

i ¶ Et factuz est ⁊c.] Dicunt aliqui q̄ hoc fuit qz ordinauerat assaradō regnaturū post se: istis duob⁹. s. adramelech ⁊ sarsar filijs suis postpositis: ⁊ sic interfecerunt euz desiderio regnādi: sed huic videtur obuiare: qꝺ subdit: k ¶ Fugerūtq̄ in terrā ararath. i. armenie: ⁊ sic videt q̄ non interfecerunt cū cupiditate regnandi: pp qꝺ Ra. sa. aliā causaz assignat dicens: q̄ principes regni sui erant turbati ꝺ eū: eo q̄ filij eoꝝ ⁊ amici fuerant mortui: ꝓpter eius supbiā ⁊ blasphemiā ꝺ deū israel: vt dictū ē pꝛopter qꝺ tractabant de morte ipsius: qꝺ cū ad aures eius pueniſſet: intrauit tēplū dei sui ozans ⁊ ꝓmittes q̄ si periculū hoc euaderet: in eius honorē duos filios pꝛedictos sacrificaret. qꝺ intelligentes filij eū interfecerūt ne ab eo occiderent. ⁊ huic ꝓsonat qꝺ dī: Cū adoraret ⁊c.

¶ .XXXVIII.

In diēb⁹ illis. Post liberationē eꝛechie ab hoste: hic ꝓñt ponit eius liberatio ab infirmitate. Circa qꝺ primo pōit eius mirabilis sanatō 2⁹ repꝛimit ex hoc insurgens elatio ca. sequēti. Prima i tres qz primo ꝺnunciat sanatio: 2⁹ interponitur eꝛechie oratio: ibi Scriptura: 3⁹ sanationis executio: ibi Et iussit: Prima in duas: qz primo sanatio nunciat: 2⁹ ad hoc signū mirabile datur: ibi Hoc autē. Circa primū premittit ifirmitas: 2⁹ nūciat sanitas: ibi Et factū ē. Circa primū dī: a ¶ In die⁹ illis egrotauit ⁊c. i. talr q̄ nō poterat curari p naz. Dicūt aūt aliq̄ q̄ hoc ꝓtigit ei: eo q̄ nō reddiderat gr̄as dño sufficiēter de pcussiōe exercit⁹ sennacherib. Sz h⁹ ipꝛobat ꝛa. sa. p h⁹ q̄ esaias dixit sibi postea: Et de manu regis assyrioꝝ eruā te ⁊ ciuitatē istā. Ex quo vī q̄ illa pcussio exercit⁹ fuit post infirmitatē eꝛechie: ⁊ nō añ: pp qꝺ dicit h⁹ ei accidisse: eo q̄ noluerat vxoꝛē accipe: qꝺ tñ facere tenebat: vt linea dauid in regno p ipm ꝓtinuaret: pp qꝺ ꝓualescēs accepit vxoꝛē de qua genuit manasses] ⁊ huic ꝺco ꝓcorꝺare vī: qꝺ habetur iiij. regū. xxi. vbi dī q̄ manasses erat. xij. ānoꝝ cuz regnare cepisset i mediate p⁹ morte eꝛechie: qui vixit. xv. annis post sanatiōez istā. Ioꝺo dicit ra. sa. q̄ illꝺ quod sequitur:

b ¶ Dispone domui tue ⁊c. i. facte testamentuz tuuz dixit eseias eꝛechie tertia die ante pcussionē exercit⁹ sennacherib: et tertia die sequēti qua fuit illa pcussio facta eꝛechias sanatus ascendit in domuz domini: vt habet. iiij. regum. xx. c ¶ Et conuertit eꝛechias ⁊c.] vt oraret secretius et deuotius: ⁊ nō impediret ab assistētibus. d ¶ Obsecro domine memēto ⁊c.] hoc nō dixit ad iactātiaz sz magis ad gr̄aꝝ actionē: recoḡscēs: q⁹ h⁹ pcessisset ex bōitate diuia: vt sic gratus de pcedētib⁹ vlteriozē gr̄az ipetrarz. e ¶ Et factū ē. Hic ꝓñt denūciat ei⁹ sanitas: ⁊ pz lr̄a vsq̄ ibi: f ¶ Ecce ego adijciā sup dies tuos. qs tā pfecisti. g ¶ Quindeci ānos. ista fuit pphetia pꝺestinatōis: q̄ ē qñ fit reuelatio pphe alicui⁹ futuri, put est in diſpōne diuina: ⁊ ei⁹ pscientia: ⁊ hec ifallibiliter iplet q⁹ diuina pscientia ē imutabil⁹: pphia aūt supꝛa posita q̄ dixit: Morieris tu ⁊ nō viues: fuit pphia ꝓmiatōis q̄ ē qñ reuelat aliqd futuꝝ nō put ē i mente diuia: sz put ē i causis inferioꝝ: ⁊ sic erat ꝺ infirmitate eꝛechie que erat incurabilis p nāz: nō tñ p h⁹ exclusa debat ꝺn diuia virtute curaret: ⁊ iō talr pphia nō sēp iplet. h ¶ h⁹ aūt. h ꝓñt ꝺat signū mirabile ad ꝓfirmatoēz ꝺcē pphie: q̄ erat pꝺestinatiōis: cū dī i pson dñi: i ¶ Ecce ego ⁊c.] ex h⁹ pz q⁹ illꝺ horologiū erat ad solē ad cognoscēdū horas diei p vmbrā ⁊ dicit aliq̄ q⁹ due liee faciebāt vnā horā: ⁊ sz h⁹ illa dies artificialr fuit augmtata. x. horis tm̄. s. v. horis i regressu sol⁹ visus oriētē: ⁊. v. horis redeundo ad locū vbi icepat retrocessio. Alij vero dicunt ⁊ quibus vī: q⁹ qlibz liea faciebat vnā horā: ⁊ sic illa dies artificialr fuit augmtata. xx. horis. x. retrocedēs ad oriētē: ⁊. x. redeūdo ad locū pstinū: ⁊ sic illa dies artificialr fuit. xxxij. horaꝝ: qz añq̄ sol rtrocedēt hūerat. x. horas

ꝛ postea p retrocessū ꝛ regressionē. xx. ꝛ tādē duas hūit sole tendente ad occasū: ꝛ hec videt opinio Dionysij in epistola ad polycarpū: vbi loquēs de ista retrocessione solis dicit sic: Sol cū decia hora eēt: deo ꝓcipiēte repeda uit ad oriētem alijs decē horis designatis: deide rursus decem horis alijs ad occidentē currēte sole: ſz reliquis dici duabus horis ꝛc.

Scriptūra eẓechie regis iu da cū egrotasset: ꝛ ꝓualuis set de infirmitate sua. Egō dixi in dimidiō dieꝝ meo rum vādam ad portas infe ri ⁊ qſiui reliquū ānoꝝ meo rū. Dixi nō videbō dñm deum in terra viuentiū: nō aspiciaꝫ hoiem vltra: ⁊ ha bitatoꝛez qetis. Generatio mea ablata est ⁊ ꝓuoluta ē a me q̄asi tabernaculū pa storuz. Precisa est velut a texente vita mea: dum ad huc oꝛdirer succidit me. De mane vsq; ad vesperā finies me: sperabā vsq; ad mane. Quasi leo sic ꝓtriuit omia ossa mea. De mane vsq; ad vesperaz finies me. Sicut pullus hirundinis sic clamabo: mēditaboꝛ vt cōlūba. Attenuati sūt ocli mei suspicientes in excelsū. Domine vim patioꝛ rnde ꝓ me. Quid dicam: aut quid respōdebit mihi cū ipse fecerit: Recogitabo ti bi oēs annos meos i ama ritudie anime mee. Dñe si sic viuitur: ꝛ in talibus vita spiritꝰ mei. Cōꝛripies me ⁊ viuificabis me: ecce i pace amaritudo mea ama rissima. Tu aut eruisti aiaz meā ut non piret: ꝓiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia nō infernus confitebitur tibi ne q; mors laudabit te: nō expectabunt qui descēdūt in lacum veritatem tuam. Viuens viuens ipse cōfite bit tibi sicut ꝛ ego hodie.

k Scriptura. hic interponitur oratio Ezechie ꝓ graz actōe ō sua sanatōe: ꝛ ꝓmo p̄ mittit titulus: cuz dicitur: l Ego dixi. ꝛ diuiditur i duas ptes: quia ꝓmo Ezechias re colit anxietatem animi in qua fue rat: ꝛ bonū quod deus sibi p Esaiā ꝓmiserat: ibi Tu aut eruisti. Circa ꝓmū dic: m In dimidio dierum meoꝝ. tunc enim Ezechias erat in xxxix. anno vite sue: qō sic patz qz q̄rto reg. xvij. dī ꝙ Ezechias cāt. xxv. ānoꝝ qñ regnāe cepit: ꝛ. xxix. ānis regnauit: qui sil iūcti faciūt. liij. ānos: a qb' si sbtrahā tur. xv. qbus regnauit post infirmitatem istā remanent xxxix. ꝛ sic erat in. xxxix. āno qñ infirmatus fuit: quod est quasi mediū vite hoīs ꝑm cursum nature. n Vadam ad portas inferi. In hebreo habet Seol. qō aliqñ accipitur pro fossa vel sepulchro: ꝛ sic accipit quātum ad corpus Ezechie. Aliqñ aut accipit pro inferno: ꝛ sic accipitur hic pro aia eius: accipiendo tamen infernum pro limbo patrū: ꝛ iō non dicitur hic ad infernū: ſz ad portas inferi: quia limbus ille a sanctis dicit esse in supi ori parte iferni. o Quesiui reliquū ānoꝝ meoꝝ. i. mecū ꝓsiderabā: quot annis possem viuere p naturā. p Dixi. audito vbo Esaie morieris tu ꝛc. q Non videbo dñm deum. i. templuz dñi. r In terra viuē tium. i. inter oēs viuentes non aspiciam hominē vltra in presenti vita. s Et habitatorem quietis. i. ꝑplm regni mei habitantem in pace mortuo sennacherib. h' dicebat Ezechias: quia iam Esaias ibi dixerat hoc añ ruinam sennacherib ꝛ liberatiōez ciuitatis ꝛ populi: vt patet capitulo precedenti: ꝛ iō graue erat Ezechie illud bonum tempus non videre. t Generatio mea abla ta est. i. non habeo filium mihi succedentem in regno: ꝛ hoc consonat dicto Ra. salomonis sup: apposito: qꝫ non ha bebat adhuc filium. v Et cōuoluta est. ne extendat vl tra p generatōes futuras: sicut pa ll' ū plicatum nō extendit x Quasi tabernaculū pastoꝝ qñ mutant locum de ponunt ꝛ plicant ad alibi portandum. y Precisa est ve ut a texēte vita mea ꝛc. i. i medio ꝓcessus ui: sic tela aliꝰ scidit sa texēte dū ē adhuc i fieri. z Sic pull' hirūdis. clamās pro pastu recipiēdo a ma tre. a Meditaboꝛ in gemitibus multis. b Ut colūba. q̄ hēt gemitum pro cantu. c Attenuati sunt ocli mei ꝛc. qz ex diu rina attentōe oculoꝝ ad aliqd debilitat vi' visiua. d Dñe vi patioꝛ. rōe infirmitatis ad mortē me ducētis e Rnde ꝓ me. sic ē i hebreo ꝛ libris coꝛ rectis. q. d. nō possuz mortem euadere nisi negociū meū accipias sup te. f Quid di cam. creatoꝛi meo. g Aut qd. rndebit mihi sic figul' luto: cū i diceret: nō hēo ō facti suis ꝓtēdere. h Aū ipse fecerit. me creādo vel alr̄ uz ipse fecerit hāc infirmitatē suo iu sto iudicio mihi infe rēdo ꝓ delictis meis: ꝛ iō ñ hēo nisi illa re ferre hūiliē coā ipso ſbdit: Recogitabo ꝛc. i Dñe si sic viuit ꝛc. vt. s. ꝓstitut' siz i tali āgustia. k Cōꝛripies me. i. coꝛripias ita qꝫ hec i firmitas ñ sit mihi ad mortē: ſz ad coꝛrectōez. l Et viui ficabis me. i. viuifices. hebrei. n. nō habēt futuꝝ tps optati ui: ſz loco eī' vtūt futuro idicatiui. m Ecce i pace. i. tpe pacis mihi ānūciate ꝓ Esaiā sup deiectōe sennacherib ō ꝓ pinq̄ futura. n Amaritudo mea amarissima. i. amari tudo mortis mihi iminētis: nisi tu iuues me: valde augmēta bit: eo qꝫ ꝓ mortē ꝓuabor ab assecutiōe ⁊ bñficio dicte pacis o Tu aut. Dic ꝙñ Ezechias recolit bñficiū a deo sibi ꝓ stitū de ꝓlōgatōe sue vite dicēs: o Tu aut eruisti aiam meā. i. vitā meā. p Ut nō piret. ꝓ mortē. q Proiecisti ꝛc ꝯſi nolēs ea videre apli' ad puniendum: ꝛ sic viuificasti me nō solū coꝛporalr̄: ſz ēt ſpualr̄. r Quoꝛ nō iferꝰ ꝛc] ꝓ mortē. n. nō hēt locū ꝓfessio peccatoꝝ. s Non expecta būt: q descendūt i lacū. i. i infernū dānatoꝝ. t Veritatez tuā. i. effectū tue vitatis: q̄ ꝓmisisti salutē hūani generis per christū: qz nō eduxit illos q̄ ibi detinebāt. v Viuens vi uēs ipse ꝓfitebit tibi. ad ꝓfessionē eiz peccati requrit vita ꝑs: qz nō hēt locū ꝑ' mortē: vt dictū ē. Ad ꝓfessionē laudis re qrit vita gre: qa nō est speciosa laus i oꝛe peccatoꝛis. Eccl' xv. c. iō duplicat li viuēs. x Sic ꝛ ego hodie. confitebor

vtroq3 mō. Fecit ei3 hanc oīonez post cōualeſcentiā de infir
mitate: vt predictū eſt. y ¶ Pater. ſ. quicūq3 de pplo iſrl'.
z ¶ Filijs. ſ. ſuis. a ¶ Notam faciet veritatē tuā qua ſana
ſti me ſicut dixiſti p Eſaiam: ⁊ hoc narrabunt patres filijs
ſuis ad gloriā tuā: ⁊ quia Ezechias ſemp indigebat diuino
auxilio etiā poſt ſana
tionē: iō ꝓcludit i fine
b ¶ Dñe ſaluum me
fac. q3 ex te pendet ſa
lus corpis mei ⁊ aie.
c ¶ Et pſalmos nr̄os
cātabimus. ego ⁊ mi
niſtri tui. d ¶ Cūcti
diebus. i. in aliqua p
te dierū ſingulorum.
e ¶ In domo dñi. vbi
ē loc' deputat' oīoni
⁊ ſic oīo ceteris pari
bus eſt magis exaudi
bil' ibi q̄ alibi. f ¶ Et
iuſſit. Hic pōit execu
tio ſanatiōis Ezechie
q̄ tñ ordine tempor̄is
pceſſit oīonē p̄dictaz
vt patet ex pcedētib'
⁊ etiā ex ſequentibus
dicē igit̄: f ¶ Et iuſſit
Eſaias ⁊c] Dicūt ali
qui ⁊ ſatis apparent
q̄ emplaſtruz de ficꝰ
de natura ſua erat ag
grauatiuū illi' infirmi
tatis: ⁊ iō iuſſit ꝑpha
apponi: vt ſanato mi
rabilioꝛ appareret.
g ¶ Et dixit Ezechias
⁊c Iſtō refertur ad illō q̄ pōit ſupra. Q' aūt tibi erit ſignū
vbi ꝑpha reſpōdet ad queſtionē Ezechie hic motam. ſcri
ptura enim ſacra non obſeruat ordinem tempor̄is: ſed fre
quenter p̄ius dicta vel facta poſterius ſcribuntur: ⁊ ecōuer
ſo. ¶ In capitulo. xxxviij. vbi dicitur in poſtilla: Hic cō
ſequēter datur ſignum mirabile. ¶ Additio.

Licet cōmunis expoſitio doctoꝛum ſanctoꝛ circa
hoc ſignum factuz Ezechie ſit conformis huic q̄
exponitur in poſtilla: multa tamen occurrunt in
hoc maxima admiratione digna p̄out in additione ſuper
quarto regum. xx. caplo vbi de hoc eodem ſigno ſimili
tractatur fuit large oſtenſum. Unde ad predictas admirati
ones tollendas ⁊ ad veritatem litteze p̄out plane ſonat. p
ſequendam ſalua ſemper ſanctoꝛum auctoꝛitate ⁊ abſq3 ali
qua temeraria aſſertione: Hoc ſignum aliter videtur expo
nendum p̄out ibidem plane fuit declaratum.

¶ In eodē caplo vbi dī in poſtilla: Et dic Ezechias.

Licet frequēt in ſacra ¶ Additio.
ſcriptura non ſeruetur oꝛdo tempor̄is vt dicitur i
poſtilla: tamen q̄ queſtio iam determinata ⁊ ſatis
facta ſtatim ſine medio iteretur non recolo me vidiſſe. Un
de hoc q̄ dicitur hic: Dixit Ezechias. Aliter videtur poſſe
exponi. Ad q̄ ſciendum q̄ vbi nos habemus hoc interro
gatiuum. ſ. q̄. erit ſignum. in hebꝛeo habetur hec dictio
ma que vno modo ſignificat hoc idē q̄ in tranſlatiōe nr̄a
ſcilicet interrogationez de ſigno habendo ¶ Alio modo hec
dictio ma accipitur comparatiue ſeu admiratiue ſicut ibi:
Quā dilecta tabernacla tua. vbi loco q̄ ponitur hec dictio
ma. ⁊ eſt ſenſus: ſunt valde dilecta. ⁊ ſimilis dictio: ſcilicet
ma ⁊ ſub eodem ſenſu ponitur ibi q̄ dulcia faucibus meis
⁊ ibi q̄ bonum ⁊ q̄ iocundum: ⁊ in multis alijs. vnde
in hoc loco hec dictio ma non videtur tranſferenda. ſ̄ō
p̄mo ſenſu. ſ. interrogatiuo: ſed ſub ſecundo ſic. ſ. Dixit
Ezechias. q̄ ſignum q̄ aſcendam in domum dñi. i. q̄
mirabile ſeu notabile ſignum eſt q̄ datur mihi ad hoc
q̄ aſcendam i do
mū domini: ⁊ ſic
verba Ezechie in
hoc loco poſita
non ſignant que
ſtionem ſeu peti
tionem ſigni: cuz
iā illō hūerat: ſz
potius ſignificāt
acceptionez ſigni
am dati ſeu ad
mirationez de tā
to ſigno: ⁊ ſic enā
ratōnes in ꝓpꝛio
loco ponuntur.

Pater filijs nōtā faciet ve
ritatē tuā. Dñe ſaluum me
fac: et pſalmos nr̄os canta
bimus cūctis diebus vite
noſtre i dōmo dñi. Et iuſſit
eſaias vt tollerēt maſſaz de
ficis ⁊ cataplaſmarent ſup
vulnus ⁊ ſanaret. Et dixit
Ezechias. Q̄ō erit ſignū q̄
aſcendā in domū dñi.

¶ La. XXXIX.

In tēpoꝛe illo. P'
q̄ deſcri
pta ē Ezechie mi
rabilis ſanatio:
hic conſequenter
deſcribitur ex h'
conſurgens elatio
⁊ diuidit in duas
partes: quia p̄mo
huiuſmodi elatō
deſcribitur: ⁊ 2°
reꝑimitur: ibi
Introiuit autem
Circa p̄imū ſcie
dum q̄ babylonij circa curſum ſiderū erant intenti. vñ
⁊ aſtronomia ibidem p̄imo fuit inuenta. ſ. in chaldea
cuius metropolis eſt babylon: ⁊ ideo quando ꝓceperūt
retroceſſionem ſolis p̄dictam contra curſum nature
fuerunt ſoliciti quere qualiter hoc acciderat: ⁊ cū au
diſſent hoc accidiſſe in ſanatione Ezechie: de conſilio
ſapientum rex babylonis miſit libꝛos. i. litteras ad Eze
chiam ad ſciendū de retroceſſione ſolis mirabili: ſcōm
q̄ dicitur ſecūdo par'. xxxij. vbi dicitur: q̄ nuncij regis
babylonis miſſi fuerunt ad Ezechiam: vt interrogarēt
ipſum de ꝓtento q̄ acciderat ſuper terram: ⁊ miſit
munera in ſignum reuerentie. b ¶ Letatus eſt autem
⁊c] Leticia inepta ꝓcedente ex elatione: ex hoc q̄ tal'
rex ⁊ tantus ⁊ de tam longinquis ptibus miſiſſet ſibi
nūcios ſolennes ⁊ munera: vñ ſubditur: c ¶ Et oñdit
eis ⁊c. dicit Ra. ſa. q̄ non ſolum oſtendit eis diuitias
regni ſui ad ſuaz iactantiaz: ſed etiā ea que ſecretiſſime
⁊ reuerentiſſime ſeruabant in tēplo. ſ. ſacrā vnctionem
regū ⁊ pōtificū tabulas teſtimonij: ⁊ legem: que nō erāt
gentilib' oſtendenda: ⁊ hoc notat: cum ſubditur: Non
fuit verbum ⁊c Et ſubditur: In omni poteſtate ſua.
d ¶ Introiuit. Hic ꝓnter reꝑimitur dicta elatio p repre
henſionē ꝓphete: cum dicit: Quid dixerūt viri iſti ⁊c.
nō q̄ſiuit ex ignoꝛātia: q3 totū erat ſibi a deo reuelatum
ſed vt ex rñſione Ezechie conuenientius argueret eum.
e ¶ De tra lōginq̄ ⁊c] q̄ſi dicēt h' mihi fuit ad magnaz
gloriā: ⁊ iō oñdi eis totius regni magnificētiā. f ¶ Ec
ce veniēt ⁊c] Iſtud fuit cōpletum quando nabuch. rex
babylonis tempoꝛe ſedechie in babylonem tranſtulit ō
hieruſalez q̄cq̄d erat ibi p̄cioſū: vt hēt. iiij. regum vltio

g Et ō filijs tuis ꝛc. hꝰ fuit ipletū i Daniele ⁊ socijs ei⁹ q̄ fuerūt ō scie reg̃ iude: ⁊ ducti i babylonē tpe ioachin ⁊ ibi nutriti ⁊ eruditi: vt posset stare i palatio regis: vt habet Danielis ꝑmo. h Et dixit Ezechias ꝛc.] Penituit enim de sua elatōe: ⁊ sic acceptauit dñi sententiam supra se ⁊ supra regnū suū: propter quā pena ista non fuit inducta tpib⁹ suis: sed fuit dilata vsq; ad temp⁹ ioachin reg̃ ⁊ Ezechie: quō postq̄ sibi dictū fuit per Esaiā: respondit. i Fiat tātū pax ꝛc.] recognoscendo in hoc bñficiū diuinū de predēe pene dilatione.

Cap. XL.

Onsolamini mi. in precedētibus huius libri esaias cū mysterio christi denūciauit peccatoꝝ punitionē hic ꝑnter describendo idez mysterium denūciat in stoꝝ ꝓsolationez: ⁊ diuidit in duas ptes: q: ꝑmo inducit eos ad expectandū ꝓmissa diuina: 2° magis in speciali ꝓsequit illa .xlv. ca. Prima adhuc diuidit in tres: ſm tria ex quibus inducit rōem ad dicta ꝓmissa expectandum q: ꝑmo inducit hoc ex diuina potestate: 2° ex eius charitate ca. sequenti: 3° ex eius veritate. xliij. ca. ꝑma in duas: quia ꝑmo denūciat ꝓsolatoris ꝓsonaz: 2° declarat eius potentiā: ibi Quis mensus est. ꝑma adhuc in tres: quia ꝑma alloquit ꝓplm verbis ꝓsolatoꝝis: 2° denūciat ꝓsonam p̄cursoris: ibi Vox clamātis. 3° ꝓsonaz christi ꝓsolatoris: ibi Sup montē. Circa ꝑmum dicit. a Cōsolamini ꝓsolamini. replicat hꝰ vbū: q: ꝓmittit eis duplicē ꝓsolatōez. ſ. in bonis tempoꝝ alib⁹ ⁊ spūalib⁹ b Loquimini. vos ꝓphete. c Ad cor hierusalem idest ad ꝓsolatōem fidelium. d Qm̄ cōpleta est .i. terminata. e Malicia eius. quia peccatum ade per christum fuit amotuz. f Dimissa est iniq̄tas illi⁹. qa christus cōtra peccata ꝓsonalia attulit remediū: ⁊ loqr̄ hic ꝓpheta de futuro p̄ modum ꝓteriti ꝓpter certitudinem ꝓphetie. g Suscepit de manu dñi duplicia ꝛc. i. duplicē ꝓsolatōez p christū. ſ. in collatione gratie: ⁊ aptione gloꝛie: ſicut pro peccatis acceperat duplicem penam. ſ. coꝛpoꝛis ⁊ aie. h Vox clamātis. hic itroducit ꝓsona p̄cursoris. ſ. Johis baptiste: de q̄ itelligit ad lr̄am hec scriptura: vt pꝛ iohis ꝑmo: ⁊ marci p°: ⁊ matthei tertio ꝓpter qō aliq̄ doctoꝛes catholici male videntur dicere exponēdo hunc passū ad lr̄am de reditu captiuitatis babylonice: in hoc magis iudaiçantes quantuz ad aliquid q̄ hebꝛei: qui hunc passum ⁊ totum caplm exponūt ad lr̄am referendo ad tempus messie: dicentes q̄ superficies terre habitabilis ꝓplanabit diuinitus p̄ eleuatiōē vallium: ⁊ depꝛessionē montium: vt sic amotis omnibus impedimētis iudei p orbem dispsi possint faciliter in iudea congregari: ⁊ sic exponūt qō dicit hic: Omis vallis implebitur ꝛc. sed deficiunt dupliciter. ꝑmo quia babylonē. Nō relinquet qc quaz: dicit dñs. Et dē filijs tuis q̄ exibunt de te quos genueris tollent: ⁊ erūt eunuchi i palatio regis babylonis. Et dixit ezechias ad esaiam: Bonū verbū dñi] qō locutus ē: ⁊ dixit: Fiat tantū pax ⁊ veritas i diebꝰ meis.] xl.

Onsolamini cōsolamini populo meo dic deus vester. Loquimini ad cor hierusalem ⁊ aduocate eaz: quōniā cōpleta est malicia eius: dimissa est iniqtas illi⁹. Suscepit de manu dñi duplicia ꝓ oibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: Parate viam dñi: rectas facite in solitudine semitas dei nr̄i. Omis vallis exaltabit: et omis mons ⁊ collis humiliabit: et erunt praua indirecta: et aspa i ūias planas. Et reuelabitur gloria dñi: et videbit omis caro pariter quōd os dñi locutum ē: Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo: Omis cāro fenum et omis gloria eius q̄si flos agri.] Exsiccatum est fenū ⁊ cecidit flos: qūia spūs dñi suflauit in eo. Vere fenuz ē pplus. Exsiccatuz ē fenū et aduentū christi dicūt futurū q̄ iam trāsijt in ꝓteritū. 2° quia lr̄alez sensū hic accipiūt ſm significata vocum: cum dicitur Omis vallis implebitur ꝛc. qō non est verū in locutōe pabolica: sicut iudicum. ix. cum dicit. Jerunt ligna ad arboꝛem rānum ꝛc. sensus litteral⁹ ibi non est de arboꝛibus mālibus ꝓ voces significatis: quia sic scriptura esset falsa: sed est de abimelech ⁊ viris sichem: qui ibi p arboꝛes metaphoꝛice signātur: Qz autem sit hic metaphoꝛica locutō patet: non solum per dicta doctoꝝ catholicoꝝ: sed etiaz p dicta rabi moysi dicentis: Nō ascendat sup coꝛ q̄ in diebus messie ōficiat aliq̄d de via huius seculi: vel inouet aliq̄d de operibus sex dierū: sz ibit mundus iuxta solitā viā. ⁊ per ꝑns nō est itelligēduz q̄ i adnētu messie sit talis ꝓplanatio montiū ⁊ valliū nisi itelligat ō aduētu christi ad iudiciū: quia tunc inouabit mūdi status sed iudei hoc mō nō itelligūt: sed de aduētu ei⁹ i mūdū: vt satis patet ex p̄dictis. Jgit sequēdo sentētiam euāgelistaruz passus iste exponēdus ē ad lr̄am de iohe baptista ⁊ eius predicatōe: cum dicit: h Vox clamātis. i. iohis p̄dicantis. i In deserto. i. in iudea que dicit desertū ratione dicta superius in ꝓncipio. xxxv. capituli: ⁊ quia ad lr̄am iohes incepit predicare in deserto iudee: vt habet matthei tertio vbi dr̄: In diebꝰ illis venit iohes baptista p̄dicās ꝛc. k Parate viā dñi. Predicatio enim ei⁹ ⁊ suus baptism⁹ erāt q̄dā dispōes ppli ad suscipiendū de ꝓpinq̄ fidē christi vēturi: vt patet ex decursu euāgelij: ⁊ dic: l Viā dñi. quantum ad mādata decalogi. m Semitas dei nostri. quātū ad consilia euāgelica. n Omis vall⁹. i. hūilis. o Et omis mons ⁊ collis. i. supb⁹ ꝛc. q: sic dcz fuit i ꝓncipio h⁹ libri ꝓ aduētū xp̄i supbi dejecti sūt: ⁊ hūiles exaltati. p Et erūt praua. i. homes depꝛauati ex ꝓsuetudie peccādi. q Indirecta. i. ad rectitudinē iusticie reducti. r Et aspa. i. crudeles ⁊ duri s In vias planas. i. ad māsuetudinē deducti: sicut patet ō paulo q̄ fact⁹ fuit agn⁹ de lupo. Pōt et h⁹ alr exponi de opib⁹ penitētie. q̄ vident dura ⁊ aspa: sz p gr̄az christi facta sūt credētib⁹ leuia: vñ dic augustin⁹. oia seua ⁊ inmania leuia ⁊ ꝓpe nulla fac amoꝛ. t Et reuelabit gl̄a dñi. i. fili⁹ dei: q̄ dr̄ gl̄a p̄is: eo q̄ gl̄a ſm Tullium ē clara noticia cū laude. vñ gl̄a dr̄ q̄si q̄dā claria. c. mutata in. g. illa aūt q̄ ad noticiā ptinēt i diuinis filio appꝛopāt: ⁊ iō sic dr̄ sapiētia p̄is: ita eius gl̄a. v Et videbit ois caro. i. poterit videre. x Quod os dñi locutū ē. cui⁹ vbū deficē nō pōt ab ipletōe. y Vox dicētis. ſ. dñi loquētis ad Esaiā vel ad Johānē baptistam. a Clama. i. publice denūcia. b Omnis caro fenum. i. nullā firmitatē seu stabilitatē ex se habens: ⁊ accipitur hic caro ꝓ omni hoie carnaliter viuēte: ſm q̄ dicit ꝑma Coꝛ. xv. Caro ⁊ sanguis: regnū dei non possidebūt. c Et ois gloria ꝛc. qm̄ repēte deficit ex modico caloꝛe febꝛili ex volūtate dei: iō sb̄dit: d Oꝛ ips dñi ꝛc. e Vere fenū ē ppls. p hoc oñdit manifeste: q̄ ꝓpha loqr̄ h metaphoꝛice

vt predixi. f Verbū aūt dñi ⁊c. qō pōt intelligi de vbo i creato: fm q̄ dicit Iohis p̄mo. In p̄ncipio erat verbū ⁊c. ⁊ de verbo creato p̄ ꝓphas dicto: qō infallibiliter impletur i ꝓphetia p̄decessionis vt dictum est supra frequenter. g Sup mōtem. Hic ꝓnter introducitur ꝑsona ꝓsolatoris. s. dñi nr̄i ihesu christi: ⁊ est verbū dñi ad esaiā vel potius ad iohannē baptistā: cū dicit: g Super montē excelsū ascende. i. ad p̄eminētiā sanctitatis vite: tu. s. iobes de quo dicit saluator matthei xi. Inter natos mulierū nō surrexit maior Johanne baptista. h Qui euāgelizas syon. i. pplo iudaico: ⁊ dixit euāgelizas: qa p̄dicatio iohis ad euāgeliū ptinet. i Exalta noli timere. iohānes cū timore herodis aut phariseorum ⁊ sacerdotū non destitit a ꝓstanti veritatis denūciatōe. k Ecce deus nr̄. i. deus hūanatus: sic eni denunciauit iohes iohis p̄. d Ecce agn̄ dei q̄ tollit peccata mūdi. nomie agni exp̄mens humanitatē: ⁊ p ablationē peccati eī diuinitatē. l Ecce dñs de⁹ ⁊c] In aduentu enīz suo christus egit miracla stupenda: q̄ fieri non poterāt nisi vtute infinita. m Et brachiū eī dñabit. p brachia enim eī i cruce extēsa cecidit flos.] Uerbū autez dñi manet i eternum.] Sū per montē excelsū ascende tu qui euāgelizas syon: ex alta in fortitudie vocē tuā q euangelizas hierusalem. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus iude: Eccē deus vester: Eccē dñs deus i fortitudine veniet:] et brachiū eī dñabitur: Eccē merces eius cū eo: et opus illī⁹ coram illo. Sicut pastor gregez suū pascet:] in brachio suo ꝓgregabit agnos:] ⁊ i sinu suo leuabit: fetas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas: et celos palmo pōderauit:] Quis appendit tribus digitis molē terre:] ⁊ libr̄auit in pōdere mōtes: ⁊ colles in statera? Quis audiuit sp̄m dñi: aūt quis cōsiliarius eius fuit ⁊ ostēdit illi? Cum quo iniit ꝓsiliū ⁊ instruxit eum: ⁊ docuit eū semitam iusticie: ⁊ erudiuit eū scia: ⁊ viā prudentie ondit illi. Eccē gētes quasi stilla situle: et q̄si momentū statere reputate sūt. Eccē insule q̄si puluis exiguus:] et libanꝰ nō sufficiet ad succēdēdū:] ⁊ aialia eī⁹ nō sufficiēt ad holocaustū Oēs gētes q̄si nō sint: sic sūt coram eo: ⁊ quasi nihiluz ⁊ inanae reputate sunt ei. Cui ergo similez fecistis deū] aūt quā imaginez ponetis ei?] Nūqd sculptile ꝓflabit faber] aut aurifex auro figurabit illud: ⁊ lamminis argenteis argētari⁹? Fortē lignū ⁊ iputribile elegit artifex sapiens: querit quō statuat si mulacrū q̄ nō moueatur. Nūnqd ñ scietis? Nūnqd ñ audistis? Nūqd ñ ānūcia tum ē vobis ab initio? Nū quid nō intellexistis funda mēta terre?] Qui sedet sup gyrū terre: et habitatores eius sunt quasi locuste.] Qui extēdit velut nihili celos:] et expandit eos sicut tie. xl. ⁊ ppi dictā potētiā sbiūxit: v Quis adiuuit sp̄m dñi. q̄si min⁹ potentē: q̄si dicerēt nullus. x Aut cui ꝓsiliari⁹ ei⁹ fuit ⁊c. quasi hīet sapientiā diminutā: ⁊ pz lra vsq; ibi: y Ecce gētes q̄si stilla situle. i. cadens de situla q̄ nulli⁹ mometi reputat. z Et q̄si momētū statere. i. lingula statere: q̄ valde ō facili: ad vtranq; ptē mouetur ō se nullā hns stabilitatē. a Ecce i sule ⁊c.] in ꝓspcū ei⁹. b Et libanꝰ ⁊c] i. si aliqs vellz facē sibi sacrificiū obitū: oia lingna non sufficerēt ad ip̄m cremādum: nec p̄ ois oia aialia sufficerent ad offerendū sibi debitū holocaustū. c Oēs gentes quasi non sint: q; ex se nō habēt aliq̄d esse. Oia ista inducūt: ad ondēdū q̄ in nullo indiget alteri⁹ auxilio seu consilio. d Cui ergo. Hic ꝓnter ex dict̄ ido latria reꝓbēdit: i q̄ cult⁹ soli deo ō bit⁹ creature ip̄endit: ⁊ sic ei fm reputatōez idolatre adequat: ppt̄ q̄d dicit: d Cui q̄ ⁊c] Hoc dī ꝫ idolatras credētes aliq̄d diuinitatē cē in imaginib⁹ facti e Aut quā imaginē ⁊c] Et hoc dī ꝫ idolatras: q̄ imaginib⁹ nō attribuebāt aliq̄d numinis: sz q̄busdā ois iuisibilib⁹ i imaginibus repsentatis: ponebāt tñ pluralitatē deoz. f Nūqd sculptile ⁊c] oia ista inducūt hic ad ondendū q̄ ido la nullā stabilitatē habent a se: sed magis ab artifice: Et cū oēs gētes q̄si nihil reputate sint respectu dei: vt p̄dictū ē: ex hoc ꝓcludit q̄ idola adhuc minus sūt reputāda: iō sbdit: g Nūqd nō scietis. illud q̄d dictum ē de idolis q̄ sensibiliter potestis experiri. h Nūqd ñ audistis. q. d. sic q; i libris gētiliū ⁊ chronicis sep fuit facta mētio de ortu idolatrie p opus hominū: vt magis videbit ea. sequēti. i Nūqd nō itellexistis ⁊c]. q. d. i telligere debuistis q̄ a solo deo hēat stabilitatē: cū nihil sit sb ea sustentās eā. k Qui sedet ⁊c] tāq̄ princeps terren⁹. l Et habitatores eius. i. homes ei subditi sūt q̄si locuste respectu dei. m Qui extendit ⁊c] eum sint nature vl̄ materie sbtīl: q̄ dī q̄si nihil: eo q̄ ñ ē palpabilis: eo mō loquēdi q̄ aer nihil vocat ppt̄ suā stabilitatē Uñ dicit cōiter nihil in boto esse: cum sit plenus aere. In hebreo habetur: Qui extendit velut telam celos. ⁊ sic plana est littera ⁊ sequentibus consona: cum subdit: n Et expandit eos ⁊c] Loquitur hic de celo secūduz

cecidit flos.] Uerbū autez dñi manet i eternum.] Sū per montē excelsū ascende tu qui euāgelizas syon: ex alta in fortitudie vocē tuā q euangelizas hierusalem. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus iude: Eccē deus vester: Eccē dñs deus i fortitudine veniet:] et brachiū eī dñabitur: Eccē merces eius cū eo: et opus illī⁹ coram illo. Sicut pastor gregez suū pascet:] in brachio suo ꝓgregabit agnos:] ⁊ i sinu suo leuabit: fetas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas: et celos palmo pōderauit:] Quis appendit tribus digitis molē terre:] ⁊ libr̄auit in pōdere mōtes: ⁊ colles in statera? Quis audiuit sp̄m dñi: aūt quis cōsiliarius eius fuit ⁊ ostēdit illi? Cum quo iniit ꝓsiliū ⁊ instruxit eum: ⁊ docuit eū semitam iusticie: ⁊ erudiuit eū scia: ⁊ viā pru-

appētiā vīs̄: quia extrema celi in circuitu orizōntis nr̄i videnť sup terrā figi: et mediū qō est super capita nr̄a in altū erigi: ⁊ sic habet apparentiā tabernaculi extenti

o Qui dat secretoꝝ scrutatores. i. sapientes in speculabilibus. p Judices terre. i. prudētes i agibilibus.

q Velut ianes fecit. i. nullius reputationis in dei cōparatione: quod oñdit p simile cū subditur: r Et quidem. i. certe.

s Neq; plātato ⁊c. i. sicut plātula ñ radicata adhuc nec firma i terra a modico vento eradicat: sic etiaz oēs predicti quātūcūq; magni ad nutū dei eradicāt ⁊ tollunť de vita p̄sēti: ⁊ iō i fine ꝓcludit: t Et cui assimilastī me ⁊c. quasi diceret talis assimilatio ē valde erronea.

v Leuate. Hic ꝓñter ostenditur dei potestas ꝓtra

tabernaculū] ad inhabitādum. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint: iudices terre velut inanes fecit. et quidē neq; plātato neq; sato neq; radicato in terra trunco eoꝝ. Repente flauit in eos: ⁊ aruerunt: ⁊ turbo quasi stipulā auferet eos. Et cui assimilastis me ⁊ adequastis dicit sanctus Leuate in excelsuz oculos vr̄os: et videte quis creauit hec. Qui educit i numero militiā eoꝝ:] et oēs ex nomine vocat. Pre multitudine fortitudis: ⁊ roboris virtutisq; eius:]neq; vnuz

reliquū fuit. Quare dicis iacob: ⁊ loqueris israel: ab scōdita ē via mea a dño: et a deo meo iudiciū trāsibit] Nūqd nescis: aut non audisti: Deus sempiternus dō minus q creauit t̄mios terre ⁊ nō deficiet neq; laborabit: nec ē iuestigatio sapiētie eius. Qui dat lasso virtutē: ⁊ bis q nō sūt fortitudinē:] ⁊ robur multiplicat Deficiēt pueri ⁊ laborabūt: et iuuenes in infirmitāte cadent. Qui aūt sperāt i dño mutabūt fortitudinē: assūmēt pēnas sic aqle: current ⁊ nō laborabūt: ābulabūt

ptuose. s Mutabūt fortitudinē. q. d. erant pr̄i debiles ad grauia sustinendū: gr̄a diuina efficiēt fortes. t Assument pēnas vt aqle ⁊c. i. q. prius erant tardi ⁊ pigri ad bona opa: efficiēt veloces ad ipsa: ⁊ hoc videt ipletū in veteri ⁊ nouo testamēto p successiones generationū i illis q̄ veraciter ꝓuersi sūt ad deū.

In capitlo. xl. vbi dicit in postilla: Sup montē. Hic ꝓñter introducit p̄sona ꝓsolatoris. Additio

Licet expositō postillatoris de hoc q̄ dī: Sup montē excelsuz sit satis p̄sona littere ⁊ veritati fm trāslationem nr̄am: fm tamē hebraicā veritatē nō totaliter cōsonat lr̄e. Pro quo sciendū q̄ grāmatica hebraici fmonis a multi deuiat a grāmatica latina: ⁊ spāliter in hoc q̄ fm grāmaticā hebraicaz in vbis habet differētia inter sexuz masculinū ⁊ femininū sicut nos habem̄ i noibus ⁊ hoc fm quanlibet differentiā triū personaꝝ. Verbi gr̄a: aliter dicitur a fcia ego comedo quam a masculo: ⁊ sic in secūda ⁊ tīa persona Similiter in hoc ꝓnoie tu tui ⁊c. differentia est iter sexū masculinum ⁊ femininum. loquens enim cum masculo alr ꝓnominat tu q̄ si cum femina loqueret: ⁊ hoc est valde manifestū cuicūq; habenti aliqualez noticiā in illa lingua: vnō in hoc loco vbi dicit: Sup mōtem excelsum ascende. li ascē de est femini generis: non masculini. Similiter li tu: ⁊ li euangelizas: ⁊ li exalta: ⁊ sic de ceteris verbis ⁊ ꝓnoibus hūmodi ptentis que oia ptinēt ad femininū genus vsq; ibi: Ecce deus vester. ⁊ iō magis ꝓprie hec verba fm veram lr̄am hebraicaz intelligant: referenda sunt ad beatam virginem: ⁊ ad sanctā elizabet: fm ea que tradunt ō eis luce. j. capitlo: vt sit sensus q̄ esa: in p̄sona dñi dicit beate virgini. Sup montē excelsuz ascende tu qui euāgelizas syon. s. beata virgo: qō ipletum est quādo concepto filio dei in vtero virginali maria exurgens prexit in montana: vbi manifeste patet q̄ ascendit in montem excelsum. nam iudea vbi ẓacharias manebat erat altior galilea a qua recessit maria. christus enim de galilea in hierusalez pgens dicebat: Ecce ascendimus hierosolymā ⁊ quia de galilea in hierusalem beata virgo non p planam viam sed per montana iuit: iō ꝓprie ei dicitur: Sup mōtez excelsum ascende. ⁊ quia in saluatōe ad elizabeth nō solum mater: sed etiam infans in vtero eius christum instinctu spiritus sācti cognouit: quia vt dicit luce. j. Factū est vt audiuit salutatōez marie elizabet: exultauit infans cum gaudio. ī q̄ designatur gaudiū de p̄sentia dñi: iō de beata virgine i ipsa sancta salutatōe ꝓpe intelligit. Qui euangelizas syon. s. que nūcias bona sanctis animabus. s. elizabeth ⁊ iohi. Iō sequēter ꝓpha in p̄sona dñi alloquit ipsam elizabet. d. Exalta vocem tuā qui euāgelizas hierusalē. qō ipletū est q̄n elizabet exclamauit voce magna euāgelizando ipsi hierlm videlicet beate virgini dicendo: Beata que credidisti q̄m perficient in te que dicta sunt tibi a dño. Cōsequēter ꝓpheta i p̄sona dñi alloquit virginem. d. Exulta noli timere. i quo

ꝓuidentiā dei: quia ipse ē creator oīs creature: ⁊ ideo ipse ē dñs oīs creature: ⁊ ideo ipse ē dñs oīs creature: ⁊ ideo ipse ē dñs

innuit canticū eius altiori voce formandū q̄ cū p̄mo: soluz salutando euāgelizauit quasi diceret: non solū loquere voce submissa, put sufficit ad cognate tue salutatōez: sz ēt exalta vocē. s. put requirit ad modū cantici p qō cāticū ciuitatib⁹ iude. i. ecclesijs p̄sentib⁹ z futuris ānūcies p̄sentiā filij dei in te incarnati: z hoc est qō dicit: Dic ciuitatibus iude: Ecce deꝰ vester. qō cōtinue implet in ecclesia: cum p canticū p̄dictū solēniter memorat seu ānūciat aduētus dñi i eadē vgine. interposuit tñ ibi ppheta: Noli timere: qa virginalis pudicitia pauida ē z timida: vñ angelus ei dixit: Ne timeas maria: z etiam vt inueniret q̄ tanta erat humiltas virginis q̄ nō p̄sumebat canticū publice cantādū formare nisi spūssancti instinctus cā tangeret seu moueret. De quib⁹ usdā aūt in cantico virginis cōtentis quedā inuendo ppheta hic ponit: vt cuz dicit: Ecce dñs i fortitudine veniet z brachiū eius dñabit: que quidē verba videt correspōdere huic qō dicitur in cantico: Fecit potentiā i brachio suo vtrobiq̄ enim dat intelligi q̄ incarnatio filij dei ptinet ad infinitatez diuine potentie: z sequit: Ecce merces eius cum eo in ppheticis enīz locutionib⁹ p̄mittebat icarnatio filij dei quasi merces a deo danda in futurum: sicut Gen. xxij. abrahe dictum fuit: Benedicent in semine tuo oēs gentes. sed i p̄dicto cantico hec merces vt iam data annūciatur: vñ dicit Suscepit israel puerū suū. cui correspōdet vba ppbete. d. Ecce merces eius cum eo. Et quia vt dicit Gre. In bñdictōne cereī nihil nobis nasci profuit: nisi redimi prosuisset: ideo subdit: Et opus illius coram illo. s. opus redemptionis qō maxime pertinet ad diuinam misericordiam que iter ei diuina opera p̄eeminet: vñ in psal. Miserationes eius super oia opera eius. z ideo in cantico cum dixisset: Suscepit israel puerū suum. subdit Recordatus est misericordie sue. Sequit Sicē pastor gregem suum pascet. in quo innuit p̄opheta q̄ christus se haberet vt pastor ad gregem suum nō vt ad gregem alienum sicut mercenarius: cui non est cura de ouibus iob. ca°. x. qō correspōdet huic qō dicit in cantico: Sicut locutus est cē. ad patres enim semp se habuit deus vt pastor cum p̄prio grege: vñ in psalmo: Nos autem po. eius cē. Lectera exponantur vt in postil. que quidez expositio non solū videtur consona littere sed in se rationabilis. Esa. enim qui euangelicus ppheta dicitur vt in prologo z in phemio: sic de voce baptiste in deserto clamantis historiaz p̄phetice texuit vt statim supra: sic non immerito de voce virginis salutantis z cantantis ppheticā historiaz p̄dicere debuit: p̄mittit tñ historiam de voce baptiste: quātis ordine tēporis posterior fuit: eo q̄ illa fuit omnibus notior: a notioribꝰ. n. incipit p̄cessus discipline. In eodē caplo: vbi dicit in postilla: P̄re multitudine fortitudinis z roboris.

Vbi nos habemus. Additio secūda.

P̄re mltitudine fortitudinis: hebraica littera sic habz: P̄re multitudine z fortitudie roboris z virtutis nec vnus defuit: cuius sensus pōt esse talis q̄ militia celestis que in tanta multitudine est considerari debet: q̄ que libet stella habet fortitudinem. s. potentiam z virtutem actiuam ad influendum in istis inferioribus: vñ Gen. j. de sole z luna z stellis dicit: Posuit ea in firmamento celi cē. z in psalmo: Solem in potestatem diei cē. z sic diuinā potentiā z scientiā cōmendat ppheta non solū ex numerosa multitudine celestis milicie: sed etiam ex fortitudine z robore: z virtute influxiua eis a deo collata: a quibus nulla stella qnātūcūq̄ modica deficit quin habeat aliqualez potentiam: ex quibus excitat magis humana mēs ad cōsideranduz magnitudinē potētie creatoris.

¶ XLI.

Acēdāt ad me insule: z gētes mutēt fortitudine. Accedāt z tūc loquāt simul ad iudiciū p̄pinq̄mꝰ Quis suscitauit ab oriente iustuz: vocauit eū vt seq̄ret se: Dabit in p̄spectu eiꝰ gētes: z reges obtinebit. Dabit q̄si puluerē gladio z non deficient.

¶ Ca. XLI.

Taceant. Postq̄ p̄pheta indurit pplm israel ad certā expectationē p̄missoz ex diuina veritate: hic p̄ter idez facit ex eius charitate que amicos nō defraudat a p̄missi p̄secutōe: z diuidit in duas ptes: quia p̄mo ostendit dei dilectio ad dēz pplm ex bñficijs que ei in patribus p̄cessit: 2° ex p̄prio filio quē ei p̄misit caplo sequenti. P̄ima in tres fm ta beneficia: secūduz ponit ibi: Et tu israel. tertiū ibi: P̄o pe facite. Circa p̄mū sciendum qō p̄mū beneficium fuit collatū in abraā: quez deus sepauit ab infidelibus: educēdo eum p̄mo de hur chaldeoz: Gen. xj. caplo. Et 2° oharam Gen. xij. z p dñs pplm ab eo descendentem per isaac z iacob ab infidelibus sepauit: p̄pter qō z legem i monte sinai specialiter ei concessit: p̄pter qō dicit psalmo. cxlvij. Nō fecit taliter omni nationi: z iudicia sua non manifestauit eis. Et diuidit in duas: quia p̄mo ponitur huiusmodi sepatio: 2° contra idolatras inuectio ibi vnusquisq̄. Circa p̄mū p̄mo ad huius considerationez inducit. o. b Taceant ad me insule. i. habitatores insularum. c Et gentes. terram aridam hitātes o Fortitudinem mutent. vt qui erant fortes ad mala sint fortes ad bona. Accedant z. e Tunc loquantur simul. si habent aliquid iustuz p̄o se. Sc̄o bñficiū recolit dicens: f Quis suscitauit ab oriente iustum idest abraam: vt exponūt comiter catholici z hebrei: quē dñs vocauit p̄mo a chaldea: vt dictum est: z postea ab haram: z vtraq̄ regio vergit ad orientē respectu iudee quam dñs ei repromisit: Gen. xij. g Vocauit eum. per viam fidei z obedientie: vñ z ex fide fm mandatuz dei voluit filium īmolare: Gen. xxij. z ad hebreos. xj. z ideo dñs ei astitit ip̄m p̄tegēdo: p̄p̄ qō subdit: h Dabit in p̄spectu cē. Et loquitur hic ppheta de preterito per modū futuri: sicut frequēter fit in ppheticis: z hꝰ fuit ipletum: qñ abraam cum. ccc. vnaculis suis quattuor reges fortes debellauit: Gen. xiiij. i Dabit q̄si puluerē cē. quia eos facillime debellauit diuina virtute sibi assistente. k P̄sequetur eos. quia p̄secutus fuit fugientes vsq̄ soba z phenicem: Gen. xiiij. l Transibit in pace. quia nullus de suis in bello illo cecidit. m Semita pedibus eius non apparebit. quia valde facilit ad bellum iuit z redijt sicut de hoie faciliter trāseunte z leuiter dicitur: q̄ non figit vestigiū in terra: vel nō tāgit terram. n Quis hec operatus cē. quasi diceret deꝰ z non homo: ideo subdit: o Vocans generatōes. s. ad fidē z amicitiam suam. p Ab exordio. s. temporis quod patet in abel iusto: seth noe: abraam: z sic de alijs q Ego dñs. z ideo possum vocare ad meam amicitiaz q̄s volo sine iniuria cuiuscūq̄: cū nulli tenear: sz oīs id qō sūt tenēt a me: ideo subdit: P̄rimꝰ z nouissimꝰ ego sū cē

pinquauerũt ⁊ accesserunt
Unusqsqz ꝓxio suo auxili
abit: ⁊ fratri suo dicet: con
fortare. Cõfortauit faber
rarius pcutiẽs malleo eũ
q cudebat tũc tempozis: di
cens glutino bonũ est: ⁊ cõ
fortauit eũ clauis vt nõ mo
ueret. Et tũ israel ſue me⁹
iacob quem elegi: ſemen
abraam amici mei: in quo
apprehendi te: ab extremis
terre ⁊ a longinqs eius vo
caui te: ⁊ dixi tibi: Heruus
meus es tu: elegi te ⁊ non
abieci te. Ne timeas quia
ego tecum sũ: nẽ declines
qa ego deus tuus. Confor
taui te: ⁊ auxiliatus sũ tibi:
et suscepit te dextra iusti mei
Eccẽ cõfũdent ⁊ erubescẽt
oẽs q pugnãt aduersus te.
Erũt quasi nõ sint: ⁊ peri
bũt viri q cõtradicunt tibi.
Queres eos: et nõ inueniesviros rebelles tuos] Erũt
quasi nõ sint: ⁊ veluti con
ſuptio bois bellãtis aduer
sũ te: qa ego dñs deus tu⁹
apprehendẽs manũ tuam
dicẽsqz tibi: Ne timeas: ego
adiuui te. Noli timere ver
mis iacob: qui mortui estis
ex israel. Ego auxiliat⁹ tuz
tui dicit dñs: ⁊ redemptor
tuus sanct⁹ israel. Ecce po
sui te q̃si plaustrũ triturans
nouũ:] habẽs rostra serrã
tia. Tritũrabis montes ⁊
cõminues: ⁊ colles q̃si pul
uerez pones. Ventilabis
eos ⁊ ventus tollet: ⁊ turbo
dispget eos: et tu exultabis
i dño: i sancto israel letabe
ris] Egẽni ⁊ pauperes qrũt
aquas ⁊ nõ sũt: lingua eoꝝ
siti aruit. Ego dñs exaudi
am eos: deus israel: nõ de
relinquã eos. Aperiam in
supinis collibus flumina:

tempus quale nō fuit ꝛc̄. ꝓpter magnitudinē tribulatiōnis que ventura est sub antichristo: qualis nunq̄ fuit a ꝓncipio mūdi vsq; tunc: vt dicit matth. xxiiij. Per hoc patz q̄ male exponit porphyrius hūc locū de ꝑsecutiōe iudeoꝝ sub antiocho: q̄ maior fuit illa que fuit nabuc. fuit: ꝛ intensiue ꝛ extensiue. intēsiue q̄ destruxit ciuitatē ꝛ templū: et magnā ptem populi occidit: aliquā vo cum rege sedechia captiuā duxit: excepti qui buidam personis paupibus ꝛ vilibus quas dimisit ad colendā terrā vt patet. iiij. regū vlti. similiter extē siue: q̄ durauit p septuagita annos Illa autē q̄ facta sunt ab antiocho tantūmo p sex annos. De afflictiōe autē que facta ē populo israel p titum ꝛ vespasianū nō est dubiū qui fuerit maior q̄ illa que fuit sub antiocho d¶ Et in tpe illo saluabit populus tuus. illi dicuntur esse de populo eius qui sunt vere israelite habentes veram fidem ihū ihesu christi: ꝛ isti omnes p̄destinati: q̄ nullus saluabit nisi p fidem xp̄i: ꝛ hoc est q̄ subdit: e¶ Omnis qui inuent⁹ fuerit scriptus in libro. vite: q̄ quidē liber nō est aliud q̄ scriptio electoꝝ in mēte diuina: ꝛ isti vere saluabunt de tribulatōe antixp̄i: q̄ ꝓpter electos breuiabunt dies ꝑsecutiōis antichristi: vt habet matth. xxiiij. f¶ Et multi. Hic p̄nter describit p̄ditio ꝛ grad⁹ resurgētiū: ꝛ diuidit i duas ptes: q̄ p̄ tāgit diuersitatē resurgētiū q̄tū ad electos ꝛ r̄probos. secūdo tāgit diuersos grad⁹ electoꝝ: ibi Qui aūt docti. Circa p̄m sciē dū q̄ licet oēs resurgāt tā boni q̄ mali tñ diuersimode: q̄ alīq̄ resurgēt ad gloriā ſ. electi: alīq̄ ad penā ſ. reprobi ꝛ h⁹ ē q̄ dic̄: f¶ Et mul. ò bis q̄ dor. i pul. ire euigilabūt. resurgētes a morte: nō ei loq̄t ò dormitiōe somni sz morti: q̄ patet p h⁹ q̄ dicit: g¶ Qui dormiūt i puluere terre. p hoc aūt q̄ dicit. Multi. intelligunt omēs vt dicit aug⁹. ꝛ hic mod⁹ loquēdi bene iuenit alibi i sacra scriptura. Vel aliter dicit: Multi. ꝓpter pueros dānatos: qui licet resurgāt nō tamē dicunt ꝓprie euigilare q̄ nō sunt habituri sensū pene vel glorie: vigilia aūt est solutio sensus. h¶ Alīj i vitā eternā. ſ. electi. i¶ Alīj in opprobriū. ſ. reprobi q̄ opprobriū erit etiā sempiternū: ꝓpter q̄ subdit: k¶ Vt videāt semp. ſ. opprobriū sue damnatiōis: hūc etiā locū expouit porphyr⁹ ꝛ male de illis iudeis qui se abscōderūt in spelūcis ꝓpter ꝑsecutionē ātiochi: ꝛ audita iude victoria venerūt ad ihūm q̄si euigilātes de puluere terre. Alīj in vitā. q̄tuz ad obseruatores legis. Alīj in opprobriū q̄tum ad p̄uaricatores. Ista expositio patet manifeste falsa: q̄ oēs qui se abscōderūt ꝛ venerūt ad iudā machabeū mō predicto erāt ȝelatores legis: aliter nō venissent ad ihūm: sed obediuissent antiocho: ꝛ tamē ò istis dicit q̄ aliqui euigilābūt ad opprobriū: ergo eius expositio est falsa: q̄ dicit q̄ illi qui euigilauerūt ad opprobriū erāt p̄uaricatores legis. Similiter illi qui erāt obseruatores legis qui scōm eum dicunt euigilasse ad vitā postea mortui sunt: ꝛ sic non possunt dici euigilasse ad vitam eternā fm q̄ dicit hic. Ex quibus patz q̄ ista littera nō potest exponi nisi de resurrectiōe futura post ꝑsecutionē antichristi. l¶ Qui aūt docti. Hic ꝑsequēter tanguntur diuersi gradus electoꝝ qui erunt q̄si diuerse claritates stellaꝝ: fm q̄ dicit. j. ad coꝛ. xv. Stella differt a stella in claritate: sic ꝛ resurrectio mortuoꝝ ꝛc̄. ꝛ illi tñ q̄ supeminēt alīs hic in vita ꝛ doctrina: habebūt speciale p̄miū: sc̄z aureolā doctorū: ꝛ iō dicunt hic fulgere q̄si splendor firmamēti. Alīj aūt q̄ p exempla bone vite īducunt alios ad iusticiā q̄uis nō sint doctores tñ dicunt fulgere q̄si stelle in ꝓpetuas eternitates. m¶ Tu āt daniel. Hic ꝑsequēter ponit vtilis instructō ihū⁹ danielis: ꝛ istruit eū angel⁹ de duobus p̄mo de clausiōe visiōnis: secūdo de duratiōe ꝑsecutiōis: ibi Et vidi ego daniel. Circa p̄mū aduertendū q̄ diuina secreta nō sunt omnibus reuelāda: ꝓpt q̄ dicebat saluator: Matth. vij. Nolite sanctū dare canib⁹ ꝛc̄. i. obstinatis. Similit nec vulgaribus hominib⁹ qui nō possunt talia capere: ꝓpter q̄ xp̄us loquebat turbis in pabolis: sz discipulis exponebat oia: vt dī matth. xiij. ca⁹. q̄ talia sunt maioribus reuelāda. Daniel aūt erat vir desideriorum: vt supra dictū est ca. ix. ꝛ iō dignū erat vt sibi multa diuina secreta reuelarent que tñ alīs occultabant: et hoc est q̄ dicit hic m¶ Tu autē daniel claude sermones ꝛc̄. q. d. diuina secreta tibi reuelata enigmatib⁹ inuolue ꝛ inexposita dimitte: ꝛ h⁹ vt maligni nō habeant materiā detrahendi: ꝛ studiosi habeant materiam se exercendi. sequitur: n¶ Vsq; ad temp⁹ statutū. q. d. tūc erūt ꝑfecte manifesta q̄n iplebunt. o¶ Plurimi ptrāsibunt. legētes. ſ. libru istū aliqui malignātes: aliq̄ deuote tractātes. p¶ Et multiplex erit scia. i. expositio circa ista. q¶ Et vidi ego. Hic secūdo angelus instruit danielē de duratione ꝑsecutiōis antichristi ꝛ diuidit in duas ptes: q̄ p̄mo instruit eū de summa duratiōis: secūdo de eius termis: ibi Et cū ꝓpleta fuerit. tertio īfert quādā ꝓclusionē ex p̄dictis: ibi Tu aūt daniel. Ad cuidentiā p̄me ptis aduertendū q̄ daniel vidit hanc visionem iuxta fluuiū tigris: vt dictū ē ca. x. Apparuerūt aūt sibi tres angeli: duo stātes ex vtraq; pte flumis. ꝛ isti duo erāt angelus psaꝝ ꝛ grecoꝝ: quia grecia est ab occidentali pte illius fluminis: regnū p̄sidis magis in oriente. Tertius autē angelus apparebat quasi stans sup fluuiū: ꝛ ille erat gabriel qui loquebat danieli instruens eū de duratiōe ꝑsecutionis antichristi: et hoc est q̄ dicit hic: q¶ Et vidi ego daniel: ꝛ ecce quasi duo alī. dicit quasi: q̄ nō erāt homines: sed angeli apparentes in specie virorum: sequitur r¶ Et dixi viro. idest gabrieli apparente in specie viri. s¶ Qui erat indutus lineis. ad denotandum angelicam puritatez. t¶ Qui stabat super aquam fluminis. ad designandum q̄ potestas terrena est finaliter cōculcanda. Aque enim populos significant scōm q̄ dicitur apoc. xvij. Aque multe populi multi v¶ Vsq;quo finis horum mirabilium: idest quanta erit duratio persecutionis antichristi predicte. x¶ Et audiui virum qui indut⁹ ꝛc̄. idest gabrielem in specie viri apparentem. y¶ Cū eleuasset dexterā ꝛc̄. ad maiorē affirmationē

celū ⁊ iurasset p viuentē in eternū: qđ in tpus ⁊ tempa ⁊ dimidiū tpis. Et cū cōpleta fuerit dispsio manus ppli sci: cōplebunt vniūsa hec. Et ego audiui: ⁊ nō intellexi. Et dixi: Dñe mi qd erit post hec: Et ait: Vade daniel: qđ clausi sūt signati qz sermones vsqz ad pfinitū tpus. Eligent ⁊ dealbabunt ⁊ q̄si ignis ꝓbabunt multi. Et impie aget impij: nēqz intelliget omēs impij. Porro docti intelligēt: et a tpe cū ablatū fuerit iuge sacrificiū et posita fuerit abominatio i desolationē: dies mille ducenti nonagita. Beat' q expectat: ⁊ puenit vsqz ad dies mille trecentos trigitaqnqz. Tu aūt daniel vade ad pfinitū: ⁊ requescēs ⁊ stabis i sorte tua i fine dierū. Hucusqz danielē i hebraico volumie legim': cetera q̄ sequūt vsqz ad finem libri: de theodotiōis editiōe trāslata sūt.

dicti sui. ℨ Quia in tpus ⁊ tempa ⁊ dimidiū tempis. i. intantū durabit illa psecutio. s. per tres annos ⁊ dimidiū. Tempus eni sumptu i singulari significat vnū annū: vt supra habitū est ca. iiij. Temp' aūt acceptū in plurali sine numero determiato stat ꝓ binario annoꝝ: fm cōmunē modū loquendi hebraicū: ⁊ liber iste scriptus est hebraice ab octauo ca. vsqz ad finem. Dimidiū aūt temporis significat dimidiū annū. Et sic patz q psecutio antichristi durabit p ters annos et dimidiū quātū durauit predicatio christi. Porphyrius autē exponit tempus istud ō psecutione antiochi: sed hoc patet manifeste falsum. Quia aut accipit psecutionem antiochi a principio quo intrauit hierusalem vsqz ad temp' in quo mundatū est sanctuariū p iudā machabeū: ⁊ tunc patz falsitas eius: qz illud temp' ptinet sex annos: vt supra habitū est. viij. ca'. vbi dicitur sic: Vsqzquo sanctuariū ⁊ fortitudo conculcabit. Et dixit angel'. s. angel' rndens ad hāc q̄stionē: Vsqz ad vesperā ⁊ mane dies duo milia trecēti ⁊ mūdabit sanctuariū. Hoc etiā potest ꝓbari ex ꝓmo mach. j. vbi dicit q antiochus epiphanes ingressus ē hierusalē anno. cxliij. regni grecoꝝ ꝓpe finē illi' anni: ⁊ ibidē. iiij. c. dē q sanctuariū mūdatū ē anno cxlviij. ꝓpe finē illi' anni nono mēse. xxv. die illi' mēsis: vt ibidē dicit: ⁊ sic temp' itermediū fuit q̄si sex annoꝝ. Si aūt porphy. accipiat psecutionē antiochi nō a ꝓmo ingressu ei' in hierusalē: sed a die qua posuit idolū illud nō fuit in templo p tres annos ⁊ dimidiū: sed fuit ibi p tres annos pcise. vt dicit iosephus. xij. li'. antiquitatū. ꝓmo aūt libro mach. videt q ibi fuerit p decē dies vltra tres annos: qō ꝓbat sic: qz in anno. cxlv. mēse. ix. die. xv. mēsis. positū est idolū predictum in templo: vt dicitur ꝓmo mach. j. ⁊ anno. cxlviij. mense. ix. die. xxv. mensis purificatū est templū: vt habetur ꝓmo mach iiij. ⁊ sic tempus intermediū fuit triū annoꝝ et decē dieꝝ. Dicenduz q. xxv. die mēsis. ix. obtulerūt sacrificiū in templo purificato: vt dicitur ꝓmo mach. iiij. sed p. x. dies ante amouerāt idolum: qz bene posuerūt tātū tēporis ad purificandū templū: iouis aūt idolum fuit a principio quo ceperūt templū purificare: ⁊ sic patz q reuolut' tribus annis pcise eodem die amotū est idolū quo fuerat positum a ℨ Et dum cōpleta. Postq̄ angelus instruxit danielem de summa durationis psecutionis antichristi: hic instruit eum ō terminis ipius durationis: ⁊ diuidit in duas ptes: qz ꝓmo instruit eum de termino ad quem: secūdo ō termino a quo ibi Et a tpe. Termin' aūt ad quē finietur duratio pscutōnis antichristi: erit eius fulminatio seu interfectio. Dicit igr angelus loquens danieli: a ℨ Cum ꝓpleta fuerit dispersio manus populi sancti. i. xpiani: qō erit qñ ꝓpter atrocitatē psecutionis antichristi nullus christianus audebit apparere in publico. b ℨ Cōplebunt vniuersa hec. i. fulminabit antichristus ⁊ veniet resurrectio mortuoꝝ ⁊ iudicium.

c ℨ Et ego daniel audiui et nō intellexi. qz licet intelligeret veritatem in generali ⁊ in speciali q̄tum ad multa: nō tamē q̄tum ad omnes circūstātias ⁊ determinatas psonas: qz sic supra dictū est veritas de futuris nō revelatur ꝓphetis nisi fm q expedīēs est fm diuinā ordinatiōz. d ℨ Et dixi: Domine mi quid erit post hec. volebat eni daniel plus scire: quia volebat scire finē mūdi determiate. e ℨ Et ait. s. angelus respōdens sibi: f ℨ Vade daniel. i. vades viam vniuerse carnis p mortē: g ℨ Quia clausi sunt signatiqz fmōes. q̄i diceret: nō modo scies nec ad te ptinet. Hoc etiaz mō respondit saluator apl̄is actuū ꝑmo: Nō est vīm nosse tpa vel momēta rē. Apostoli aūt fuerūt magis illūinati q̄ ꝓphete: ⁊ iōo si scire finē mundi determiate nō ptinebat ad apl̄os: vt dicit saluator: nec per cōsequēs hoc ꝓpetebat danieli. Et hoc apparet fatuitas illoꝝ q̄ voluerūt finē mūdi pdicere determiate: ⁊ omnes qui hoc attentauerunt mendaces inuenti sunt. sequit: h ℨ Eligent ⁊ dealbabunt rē. s. electi in pscutiōe antichristi ⁊ membroꝝ suoꝝ vsqz ad finem mundi. i ℨ Et impie agent impij. fm q̄ dicit apoē. xvij. Qui in sordibus est sordescat adhuc. k ℨ Neqz intelliget oēs impij. qz precludūt sibi viā intelligendi: fm q̄ dicit sapie. j. In malivolā animā nō introibit sapia. l ℨ Porro docti itelligent. s. revelationē pdictā q̄tum expedit. Isti docti intelligunt apl̄i ⁊ euāgeliste ⁊ alij devote exercētes se in scriptura q̄ sunt docibiles dei. Per hoc patz q intellect' hui' ꝓphetie nō est itercluſus bonis et devotis: quātū tñ expedit: sed tñ malivolis ⁊ impijs. m ℨ Et a tpe. Dic ꝓnter instruit danielē de termio a quo icipiendi sunt pdicti tres anni cū dimidio dicēs: A tpe cū ablatū fuerit iuge sacrificiū rē. i. a tempe illo quo sacrificiū altaris cessabit celebrari solēniter. n ℨ Et posita fuerit abominatio rē. idest antichristus exhibit' hominib' ad adorandū. Ab illo inquā tpe dies mille. ccxc. qui faciūt tres annos cū dimidio ⁊. xij. dies: vt patz ꝓsiderāti: qz vn' ann' habet. ccclxv. dies: ⁊ sic illud idez spaciū tempis q̄ ꝑ pus expressit p tres annos cū dimidio hic exꝑmit p dies dictos. Sic igit patz q tres anni cū dimidio pscutōnis antichristi nō sūt incipiēdi ab illo tpe quo se incipiet oñdere ⁊ alios attrahere: sed ab illo tpe quo iam erit tante potestatis q se exhibebit adorādum hominib': ⁊ quo fideles nō audebūt in palā sacrificiū altar' ꝓficere ꝓpter timorē eius. sequit: o ℨ Beatus q̄ expectat ⁊ puenit ad dies. M. cccxxxv. qz hic ad numeꝝ ꝓcedētē addunt. xlv. dies q̄ post mortē antichristi dabunt a deo ante iudiciū vt decepti in pscutione possint penitere: ⁊ ideo dicit:

b ℨ Beatus q̄ puenit vsqz ad dies. M. cccxxxv. i. beat' est q̄ in tribulatōe antixp̄i stabit: q̄ durabit p tres ānos cū dimidio sive p dies. M. ccxc. ⁊ adhuc vltra viuet p xlv. dies: quia si nō fuerit deceptꝰ p antixp̄m vt pfectus coronabit. Si aūt fuerit deceptus poterit penitere in illis. xlv. diebus sequētibus mortē antixp̄i qz tunc eius falsitas erit omnibus manifesta ⁊ sua potestas ablata. Licet autem hoc dictum sit satis cōmune: tamen p hoc non dicitur q̄ aduentus christi ad iudicium sit su-

turus immediate post. xlv. dies naturales computādos a morte antichristi. etiā nō est certitudinaliter determinatū q illi. xlv. dies sint vsuales vel annales: sm illud Ezec. iiij. Diē p anno dedi tibi. et dato q esset determinatū de vsualibus: tamē non habet q post illos immediate sit aduentus ad iudiciū: imo videt q futurū sit tunc maius spaciū tēporis ītermediū: per illud qō dicit matth. xxiiij. Sicut erāt in diebꝫ ante diluuiū comedentes et bibentes: nubentes et nuptui tradentes vsq; ad eum diem quo intrauit noe in arcā et nō cognouerūt donec venit diluuium et tulit oēs: ita erit aduentꝰ filij hominis. Et istō referūt aliqui doctores nr̄i ad tempus quod erit inter mortē antichristi et diem iudicij. Talis aūt pax et securitas in qua cōuiuia et cōnubia exercent non videtur esse per tam parui spaciū temporis sicut. xlv. diez: et maxime si determiatū hoc esset: et hoc plenius dixi sup Ezec. xxxix. Et dicti pz falsitas iudeoꝝ dicentiū q ponit hic tempus p quo debent expectare messiam futurū: et accipit hic dies pro anno vt dicūt: ita q debent expectare p mille. cccxxv. annos: incipiēdo pputationem istoꝝ annoꝝ a tpe quo positū est idolum in templo. Contra hoc aūt arguitur sic: quia positio idoli aut accipit ab eis de idolo posito tpe antiochi epiphanis qō oportet dici sm illos iudeos qui p̄dicta exponūt in hoc caꝰ. de antiocho: et tūc apparet falsitas istoꝝ manifeste: quia ab illo tēpore vsq; nūc fluxerūt plus q̄. M. cccc. anni et tamē adhuc nō habēt messiam: vt dicūt. Aut accipit de idolo posito p impatorem romanū post destructionē factam tpe titi: et tunc oportet q p̄dicta in hoc caꝰ. exponerent ō impatore romano: et hoc nō potest esse: qz illud qō p̄dictū est: Nec quēq; deoꝝ curabit cē. non potest exponi de eo: qz romani deos oim gentiū colebant. Ex hoc etiam patz q cuigilatio dormientiū in puluere de qua dictū est circa principiū huiꝰ capituli: intelligēda est de resurrectione vera in fine mundi: et non accipit p exitu de cauernis tpe machꝫ. vt dicit porphyriꝰ: qz daniel tunc nō surrexit hoc modo. Ultima duo capitula non sunt de canone: ꝓpter qō ad p̄sens illa dimitto: sed expositis libris canonicis ad alios intēdo manum mittere: et tunc exponam ista duo capitula: illo auxiliāte sine quo nihil boni possumus facere: cui est honor et gloria in secula seculorum: Amen.

Explicit postilla Nicolai de lyra sup danielem.

Incipit historia Susanne et belis et draconis.

Historia Susanne ꝓtigit añ captiuitatē babylonicā vel cito pꝰ: qz daniel erat adhuc valde iuuenis: sm q dicit infra primo caꝰ. Cūq; duceret ad mortē suscitauit deus spiritū pueri iuniozis cui nomen daniel: et tamen translatus fuerat in babylonem ante dictam captiuitatē. xj. annis quibus regnauit sedechias: ꝓpter qō hec historia inter libros biblie non canonicas situari debet post librū baruch de quo certū est q vna ps eius fuit scripta ante dictam captiuitatē: vt ibidē plenius fuit dictum. a Erat vir habitans cē. Hec historia diuidit in quatuoꝝ ptes: quia primo describit susanne neiniqtas de babylone a senioribus iudicibꝰ: q videbāt regē pplm. Isti frequntabāt domū ioachim et veniebāt ad eos oēs q hēbāt iudicia Cūm aūt pplis reuertisset p meridiē igrediebat susāna et deambulabat i pomaria viri sui. Et videbāt eā seniores qtidie igrediētē et deambulātē: et exarserūt i ꝯcupiscētia eiꝰ. Et euerterūt sensū suū: et decliauerūt oculos suos: vt nō viderēt celū: neq; recordarent iudicioꝝ iustorum. Erāt ergo ambo vulnerati pharia tentatio: secūdo ipius maligna accusatio: ibi Exclamauerūt aūt. tertio eius iniqua cōdemnatio: ibi Credidit eis multitudo. quarto ipius digna liberatio: ibi Exaudiuit dñs. Prima adhuc diuidit in qtuoꝝ ptes: quia primo describit psone tentate virtus: secūdo tentantiū status: ibi Et ꝓstituti sunt. tertio tentationis ortus: ibi Cuz aūt populus reuertisset. quarto tentatiōis modus: ibi Et factuz est. Circa primū describit psona tentata. scz susanna a nobilitate generis: quia erat de tribu iuda: vt dicet infra: et quia erat ioachim copulata in matrimonio: qui erat honorabilioꝝ oim iudeoꝝ: vt h̄ dicit Describit etiā a pulchritudine corpis: vnō dicit pulchra nimis: et a pulchritudine mētis: qz dī: Timēs deū. cuiꝰ causa exprimit: qz erat erudita a parētibus sm legē moysi: et iōo bñ nomiata erat sm ꝓprietatē rei susanna. i. liliū: ꝓpter qō senes erāt magl inflati de ea q̄ de vili psona: his dictis pz littera. b Et constituti sunt. Hic ꝓnter describit tentantiū statusꝫ qz erant senes maturitate etatis: iudices sublimitate auctoritatis: psbyteri vt dicit infra apparētia sanctitatis: et ideo de facili poterant mulieres seducere. Dicit hic glosa q hebrei dicūt ipos decepisse mulieres p hoc q dicebāt xp̄m de semie eoꝝ nasciturū: cū essent de tribu iuda: eo q tribus sacerdotalis et tribus regia ꝓiūcta erāt cuiꝰ natiuitas maxie desiderabat. sequit: c De quibꝰ locutus est dñs. Dicere. xxix. vbi dicit sic: Donat te dñs sicē sedechiā et achab: quos frixit rex babylonis in igne: p eo q fecerūt stulticiā i isrl: et mechati sunt in vxores amicoꝝ suoꝝ: et locuti sunt verbuz in noie meo mēdaciū qō nō mādaui eis. Dicūt eni hebrei q isti senes erāt a dño p̄dicti: hiere. xxix. Ex ꝓtrariū videt: qz dicūt frixi i igne p regē babylonis: duo aūt senes dꝫ tētauerūt susānā fuerūt lapidati: vt dicē h̄ glo. Itē fuerūt lapidati a pplo nō a rege. Dicēdū q pena mortis q̄cūq; aliq̄n signat p ignē in scriptura: et iō eoꝝ lapidatio pōt vocari frixio i igne. Itē sciēdū q de licētia regis babylonis pena debita iudicabat p iudeos sm legē moysi: qz iudices regi legē iudeoꝝ ignorabat ꝫ executionē mortis nō poterāt inferre nisi ex speciali mādato regis et auctoritate: et iō q pplus eos lapidauit fuit de ꝑcepto regis: ꝓpter qō rex fecit p̄ncipalit et auctoritatiue: pplus aūt executiue. ceca patēt. d Cū aūt pplus. Hic ponit tentatiōis ortꝰ: q̄ orta est i istis senibꝰ: sic ꝓmunit ortꝫ tentatio carnis i aliis homibꝰ. Primo ex ipudico aspectu: qz dicit q videbant eam quotidie. Secūdo ex inordinato affectu: cum subditur: Et exarserunt. Et consequēter ex cecato intellectu cum dicitur: Et aueruerterunt sensum suum cē. quia inordinata affectio excecat oculum rationis. Et consequēter ex nephario conatu ad implendum ꝓpositum: cum dicitur Dixit alter ad alterum cē. Dicit igitur primo sic: a Cū

autē populus reuertisset post meridiem ꝛc. Susanna enim erat verecūda ꝛ ꝑsente frequētia populi stabat clausa cum puellis suis intra domū. Sed cum populus exisset: ꝛ seniores aliquātulū remanerent ad cōferendum insimul de auditis in iudicio: tunc susanna exibat cameraz ꝛ intrabat hortuz causa recreatiōis ꝛ lauatiōis: nec cauebat tantū a senib⁹ ꝓpter etatem ꝛ sanctitatis apparētiā in eis quā tuz cauebat ab alijs. cetera patēt ex dictis vsqz ibi: b Dixitqz alter ad alterum ꝛc. hoc fecerūt quia quilibet volebat se expedire de alio vt posset solus reuerti ad loqn'dum cū susanna ꝛ ad decipiendū eā. sequit c Cūqz fuertissent. ꝓpe domū ioachim per diuersas tñ vias: Venerunt in vnū ꝛc. sequit: d Et tūc i cōmune statuerūt ꝛc. quia firmati fuerunt in suo malo ꝓposito e Factū est aūt. hic ꝓnter ponit tentatiōnis mod⁹: vbi ponūt ista p ordinē. Primū est fraudulētia ꝛ insidiatio in hoc q obꝛ uauerūt temp⁹ aptuz sez post populi discessum: ꝛ locū ꝓgruū. s. pomariū vel hortū: ꝛ hoc est qō dicit hic e Factū est aūt cuz obser. ꝛc. mod⁹ loqn'di est ad significandū frequētiā faciēdi aliquid: qz susanna frequnter illū hortū ingrabat. sequit: f Et nō erat ibi dsq; ꝑter duos senes absco. ꝓtem. eam. ex ardore deside rū. g Dixit ad puell' Afferte mihi oleū. h oleū accipit ꝓ lachryma arboꝛ aromaticaꝛ qua vtunt in terra illa ꝓtra estum. h Et smigmata. sm hiero. smigma ē aqua de hordeo et palea facta ad lauandū faciē ꝛ refrigerandū. i Et ostia pomarij claudite. ꝓpter securitatē ne aliquis posset venire ad eam. k Ut lauet. ex illis. s. q debebāt apportare puelle ꝑdicte: ꝛ forte erat ibi irriguū fontis: vel aliqd aliud. sequit: l Cū aūt egresse essent ꝛc. Hic ponit 2m qō fuit in ista tentatiōe. s. maligna suggestio: ꝓmo susannā assecurādo ad ꝓpetrandū rē illicitā: cū dī: Ecce ostia pomarij clausa sūt ꝛc. Secūdo ei mortē minādo nisi ꝓsentiat cū subdit: Qō si nolu. dice. ꝛ te testimoniū ꝛc. Tertiū qō i hac tentatiōe ponitur est susanne virtuosa electio: qz magꝭ elegit morī q̄ dei mandatū ꝓtergredi: et hoc est qō dicit hic: m Ingemuit susanna. ex doloꝛe coꝛdis ꝓpter periculū imminens. n An amoꝛe eius: nec indicauerit sibi vicissiz doloꝛē suū. Erubescebāt ei indicare sibi cupiscētiā suā volētes ꝓcubere cū ea. Et obseruabāt quotidie solicit⁹ vidē eam Dixitqz alter ad alterū eam⁹ domū: qz hora ꝑādij ē. Et egressi recesserunt a se. Cūqz reūtissent: venerūt i vnū: ꝛ scisciātes ab inuicē ꝓfessi sūt ꝓcupiaz suā. Et tūc i ꝓmune statuerūt tps qñ eā possent iuenire solā. Factū est aūt cū obseruarent diē aptū: igressa ē aliqñ sic heri ꝛ nudisterti⁹ cū duab⁹ solis puell': voluitqz lauari i pomario. Estus qppe erat: et nō erat ibi qsqz ꝑter duos senes absconditos: ꝛ ꝑplātes eā. Dixit ergo puellis: Afferte mihi oleum et smigmata: et ostia pōarij claudite: ut lauet. Et fecerūt sic ꝓcepat: clauserūtqz ostia pomarij: ꝛ egresse sunt p posticū: vt afferet q iusserat: Nesciebātqz senes int⁹ esse absconditos. Cūz āt cēnt egresse puelle: surrexerūt duo seniores: ꝛ accurrerūt ad eā ꝛ dixerunt: Ecce ostia pomarij clausa st: ꝛ nemo nos videt ꝛ in ꝓcupia tui sum⁹. Quā obꝛ ē assētire nob: ꝛ ꝓmisce nobiscū. Qō si nolueri: dicem⁹ ꝓ te testimoniū: q fuerit tecū iuuenis: ꝛ ob hanc cām emiseris puellas a te. Ingemuit susana ꝛ ait: Angustie sūt mihi vndiqz. Si enī hoc egero: moꝛs mihi ē: si aūt ñ egero: nō effugiaz man⁹ vras. Sed melⁱ ē mihi absqz ope incidē i man⁹ hoim: qz peccare i ꝓspectu domini. Et exclamauit voce magna susana: exclamauerūt aūt ꝛ seniores aduersus eā. Et cucurrit vn⁹ ad ostia pomarij: ꝛ apuit. Cū ergo audissent clamoreꝫ famuli dom⁹ i pomario: irruerūt p posticū vt viderēt qdnā eet Postqz aūt seniores locuti st erubuerūt seruī vehemēter qa nūqz dict⁹ fuerat sermo h⁹ cemōi ō susana. Et facta ē dies crastina. Cūqz venissent pplus ad ioachim virū ei⁹: venerūt ꝛ duo ꝑsbyteri pleni iniq cogitatōe ad uersus susanaz vt iterficerēt eaz. Et dixerūt cora populo: Mittite ad susannam filia helcbie vxorem ioachi Et statim miserunt. Et venit cum parentibus ꝛ filijs et vniuersis cognatis suis. gustie sūt mihi vndiqz. Angustiosum est mori: et angustiosum est dignū morte fieri: ꝓpter qō sequit: o Si eni hoc egero. qō psuadetis legem dei transgrediendo: p Mors mihi est. s. debita: qz in lege moysi ꝓcipitur adultera lapidari. q Si aūt nō egero: nō effugiam man⁹ vras. morte incurrendo licet i debitā. r Sed melⁱ est mihi ꝛc. qz puniri non est malū simpliciter qz est malū pene: sed fieri pena dignū est simpliciter maluz: qz hoc est malum culpe. s Et exclamauit voce magna susanna. ne forte seniores ex vehemētia ꝓcupiscentie q̄ erāt inflāmati in ipam irruerent ꝛ ipam licz iuitā i pudice tangerent. t Exclamauerūt hic ꝓnter ponit susanne maligna accusatio: ꝛ diuidit in duas ptes: qz primo accusat extra iudiciū: secundo in iudicio: ibi Et facta est dies. In ꝑma dī sic: t Exclamauerūt aūt ꝛ seniores aduersus eam. vt notarēt eam rēā coraz familia accurrēte ad clamorē susanne: quia si tacerēt redderent se suspectos. v Et cucurrit vn⁹ ꝛ apuit ostiū pomarij. ad simulandū q̄ vir ei⁹ de q̄ falso eam accusabāt exisset anteq̄ famuli venissent: qz si ostiū iuentū fuisz clausum ꝛ tñ iuuenis nō fuisset inuētus: testimoniū eoꝛ fuisset suspectū. sequit: x Postqz aūt locuti sunt seniores accusātes susannā ō crimie adulterij: y Erubuerūt seruī. qz diligebāt susannā tanq̄ i domo ei⁹ nutriti: cui⁹ cā sbdit: z Quia nūq̄ dī. fue. ser. h⁹ cemōi ō susanna. i q̄ appet bonitas ei⁹ nō solū i vita: sz etiā i fama. a Et facta ē dies crastia. Hic ꝓnter ponit accusatio i iudicio: ꝛ diuidit i tres ptes: qz ꝓ⁹ ponit susanne citatio: 2⁹ accusantiū iuratio: ibi Surgētes ait. 3⁹ iuratoꝛ testificatio ibi Et dixerūt ꝑsbyteri. In ꝑ⁹ pte dī sic: b Cūqz cessz ppls ꝛc. s. ad locū iudicij. c Venerūt ꝛ duo ꝑsbi ꝛc. coparendo in loco iudicij ad implēdum nequitiā suam. d Et dixerūt cora omni populo: Mittite ad susanā ꝛc. ꝛ sic apparet susanne solēnis citatio. e Et venit

cū parētib⁹. qz non poterat sola sufficē ire ad iudicium. Amici autē eius venerūt cum ea ipi cōpatientes ꝓpter sanctitatē eius quā nouerāt. sequit: f At iniqui illi iusserūt vt discoopiretur. quia forte volebāt inducere populū ad suspicandū male de ea ex rubore vult⁹ eius. sciebant eni ipaz esse verecundā.

Pozro susanna erat delicata nimis z pulchra specie. At iniquí illi iusserūt: vt discoopiret: erat eni coopta: sit vel sic satiaret decore ei⁹ Flebāt igit sui: z oīs q noerāt eā. Cōsurgētes autez duo pbyteri i medio ppli posuerūt man⁹ suas sup caput eius. Que flēs suspexit ad celū. Erat eni coz ei⁹ siducia hīs i dño. Et dixerūt pbyteri: Cū deābularem⁹ in pomario soli: igressa est hec cuz duabus puellis: et clausit ostia pomarij: z dimisit a se puellas: venitqz ad eam adolescēs: qui erat abscōditus: z ꝓcubuit cum ea. Pozro nos cū essemus in angulo pomarij videtes iniqtatē: cucurrim⁹ ad eos z vidim⁹ eos parit cōmisceri. Et illū qdez nō quim⁹ ꝓphendere: qa fortior nob erat: z aperto ostio exiliuit Hanc aūt cū apphendisse mus iterrogauim⁹ qsnam esset adolescēs: z noluit indicare nob. Hui⁹ rei testes sum⁹. Credidit eis multitudo qsi senib⁹ z iudicib⁹ ppli z ꝓdemnauerūt eā ad mortem. Exclamauit aūt voce magna susāna: z dixit: Deꝰ eterne q absconditoz es cognitor: q nosti omia anteqz fiāt: tu scis qm falsū testimoniū tulerūt ō me: z ecce morior: cuz nihil hoz fecerī: q isti maliciose ꝓposuerūt ad uersuz me. Exāudiuit autē dñs voce ei⁹. Cūqz ducēt ad mortē: suscitauit dñs spiritū pueri iunioris: cui⁹ nomen daniel: et exclamauit voce magna: Mūdus ego sum a sanguie hui⁹. Et conuersus oīs pplus ad eū dixit: qs est iste sermo: quē tu locut⁹ es: Qui cuz staret in medio eoz ait: Sic fatui filij isrl nō iudicātes: neqz qd verū ē cognoscētes: ꝓdēnastis filiaz israel: Reuertimi ad iudiciū: qa falsū testimoniū locuti sunt aduersus eā Reuersus ē ergo pplus cū festiatiōe. Et dixerūt ei senes Veni z sede i medio nr̄m: et indica nob: qā tibi de⁹ dedit honorē senectut̄. Et dixit ad eos daniel: separate illos ab iuicē, pcul: z diiudicabo

mariū. hoc dicūt ad colorationē dicti sui: qz si fuissent i palā dictū eoz nō habuisset aliquā ꝓbabilitatem. s. qz susanna vellet tale quid cōmittere ipis videtibus. g Cucurrim⁹ z vidim⁹ ipos parit ꝓmisceri. qz de facto nō credit testimonio alicui⁹ nisi dicat se vidisse. t Et illū quidem nequimus ꝓphendere quia fortior nobis erat. tā q⁹ iuuenis existēs: nos aūt senes v Hanc aūt cū ꝓphen. iterro. qsnaz esset ado. z no. indi. nobis. hoc autē dixerunt ne quereret ab eis qs esset adolescens z p hoc possent deprehendi. x Credidit. Hic describitur ipius susanne iniusta ꝓdemnatio: q ostēdit ex duobus. s. ex ppli ignorantia qui credidit senib⁹ ꝓpter etatez z auctoritatē eorum absqz diligēti examinatōe: ꝓpter qō de h⁹ infra deprehendunt a daniele vbi dicit: Sic fatui filij isrl nē. ex h⁹ habet argumentū: q⁹ p nlla etate vl auctoritate seu sactitate debent applicari testes i causa criminali maxie sine diligēti examiatione. Secūdo ostēdit cōdēnatio iniusta ex susanne inocētia cuz dī: y Exclamauit aūt vo. ma. susanna. ex cordis affectu z cōscia pura: z Deus eter. q absco. es cognitor. qz ipe solus nouit secreta cordiū. Diuia eni scia cinitate mēsurat: iō ita cogscit futura sic ꝓsentia. a Exaudiuit. Hic ponit susanne digna liberatio: z diuidit i quattuor ptes: q⁹ ꝓmo ponit daniclis appellatio a sentētia iniqua: secūdo testiū diligēs examiatio: ibi Reuersus ē pplus. tertio ipoz ꝓdēnatio ibi Exclamauit itaqz. quarto pro ꝓdictis gratiaz actio: ibi Helchias aūt. In prima pte dicit sic: a Exaudiuit dñs aūt vocē eius. i. cū affectu audiuit. b Cūqz duce. ad mortē suscī. dñs nē. ex quo patet q⁹ daniel hoc nō fecit ex hūana industria: sz ex diuino instinctu. c Et exclamauit voce magna. vt posset ab oībus audiri. d Mūd⁹ suz a sanguine. h⁹ ē dictū ñ assentio huic iniq: sz magis ab ea appello tāq⁹ ab iniq: vt pz p vba sequētia. e Reuersus ē pplus. ad locū scz iudicij. f Et dixerūt ei senes. nō illi duo q accusabāt susānā: sz alij senes pplī isrl: g Veni z sede i medio nr̄m. in loco iudicij. h Et indica nobis. qliter possit veritas aperiri. i Quia tibi dedit de⁹ honorē senectut̄. i. sapiaz q solet esse in antiqs: vt dicit Job. xij. In antiqs est sapientia z in multo tempore inuenitur prudentia. k Et dixit ad eos daniel: Separate illos nē. ne confingant aliud men-

dacium simile pcedenti.sequit: a Inueterate diez malorũ. Ex hoc pz q testes falsi sunt increpandi ⁊ terrendi vt ex hoc magis appareat coz fraudulẽtia. b Nũc venerunt peccata tua nẽ.idest ostendent per penã tibi a deo inferendã sequit: c Dicente domino: Innocentẽ nẽ. hoc dicit deutro.xxvij. d Nunc ergo si vidisti eaz dic sub qua arbore. Ex hoc patet q testes sũt interrogãdi de circũstantijs:quia per hoc apprehendit eoz falsitas ⁊ contradictio e Videris eos colloquẽtes sibi.curialit loquit sicut homo castus ⁊ verecũdus non sic̃ senes ipudici:q̃ dixerãt. Vidim⁹ eos paritꝑmiscerí: Qui ait:Sub cyno.nomẽ est arboris:⁊ est idem q̃ lentisc⁹ arbor hũil cui⁹ succ⁹ folioz ꝓsolidat labia:vt dicit h̃ glosa. g Dixit aũt daniel: Recte mẽtitus es i caput tuum.i. ad damnationez capitis tui q̃ ex hoc sequit:

eos. Cũ aũt diuisi essent alt̃ ab alio:vocauit vnũ de eis ⁊ dixit ad eum:Inueterare diez maloz:nũc venerunt pcta tua q̃ opabaris pus:iudicãs iudicia iniusta:innocẽtes oppmẽs:⁊ dimittẽs noxios dicẽte dño:innocentẽ ⁊ iustũ nõ interficies. Nũc ergo si vidisti eã:dic q̃ sub arboze vider eos colloq̃ntes sibi: Qui ait: Sub cyno. Dixit aũt daniel: Recte mentit⁹ es i caput tuũ. Eccẽ enim angel⁹ dei accepta snia ab eo:scidet te mediũ. Et amoto eo iussit venire aliũ:et dixit ei:Semẽ chanaã ⁊ nõ iuda spẽcies decepit te:et pcupiscentia subuertit coz tuũ. Sic faciebatis filiab⁹ isrl:et ille timẽtes loq̃bant vobis sed nõn filia iuda sustinuit iniq̃tatẽ vr̃az. Nunc g̃ dic mihi sub q̃ arboze ꝓphẽdens eos loquẽtes sibi: Qui ait: Sub pno. Dixit aũt ei daniel: Recte mẽtit⁹ es ⁊ tu i caput tuũ. Manet enim angel⁹ dei gladiũ hñs:vt secet te mediũ: ⁊ interficiat vos. Exclamauit itaq̃ ois cet⁹ voce magna ⁊ bñdixerunt deũ: q̃ saluat spãtes i se. Et psurrexert aduersus duos psbyteros. Conuicerat enim eos daniel ex oze suo falsum dixisse testimoniũ. Fecerũt q̃z eis sic̃ male egerãt aduersꝰ pximã:vt facerent sm legẽ moysi:et interfecerũt eos. Et saluat⁹ ẽ sanguis inoxius i die illa. Helchias autem ⁊ vxor ei⁹ laudauerũt deũ ꝓ filia sua susãna cũ ioachim marito ei⁹ ⁊ cognat̃ oibus q̃ nõ est inuẽta i ea res turpis. Daniel aũt factꝰ ẽ magnus in cõspectu populi a die illa ⁊ deinceps.

h Ecce angel⁹ dñi nẽ.idest. iudex: q: iudices populi ⁊ sacerdotes aliq̃n nomiant angeli:sicut patet malachie.q̃. Labia sacerdotis custodiũt sciẽtiã ⁊ legẽ requirũt ex oze eius:angelus enim domini exercituũ est vel angelus vere accipit ibi ꝓ angelo susãne qui damnationẽ senũ erga deũ ꝓcurauit. i Et amoto eo iussit venire aliũ. prius eũ amouit q̃ alter veniret ne posset alteri signare quid diceret: k Et dixit ei: Semẽ chanaan nẽ. Licet enim esset de tribu iuda sm rem:tamen imitabat⁹ moyses chananeoz. Increpat aũt ipm daniel sicut pmũ ⁊ eadem causa:vt territ⁹ citius dephendat: l Species decepit te.i pulchritudo susanne. m Et ꝓcupiscẽtia subuertit coz tuũ.i.mentẽ tuã auertit a rectitudine ratiõis: ⁊ legis diuine. n Sic faciebatis filiabus israel.eas p terrores decipiẽdo: o Et ille timẽ.loq̃.vobis.psentiẽdo vobis in opus nepharijũ. p Sed filia iuda.nobilis scz genere ⁊ moꝛib⁹ q Nõ sustinuit iniq̃tatẽ vr̃az. vobis assentiendo. r Nũc ergo dic sub q̃ arbo.appze.eos lo.sibi.curialiter loquẽdo de actu carnali vt iaz dictũ est: s Qui ait:Sub prino.nomẽ est arboris:nec est arboz cadez cũ lentisco vt dicũt aliqui ⁊ male: q: tũc nõ esset discordia i testimonio coz:cui⁹ ꝓtrariũ exprimit i littera:aliter nõ cẽnt cõuicti sicut testes falsi: ⁊ ideo dicendũ q̃ prin⁹ idẽ est qõ prin⁹ vt dicit in libro de ꝓprietatib⁹ rerũ: t Dixit aũt daniel: Recte mẽti. es ⁊ tu nẽ. eodem modo exponit sicut prius. v Ut secet te mediũ.separando.s.animã a corpe p mortez: q: nõ fuerũt interfecti gladio vt supra dictũ est. x Exclamauit itaq̃ omis cetus.quia videbat cõtradictionẽ coz. y Et ꝓsur.aduer.duos psbyteros. Faciẽdo eis sm legem talionis scriptã in lege moysi. z Et interfecerũt eos.t. sicut dignos morte regi tradiderũt:qui habebat altam iusticiam:et ipe fecit eos cõburi sm moduz illius terre: vt dicit hiere.xxix. vt supra allegatũ est eodem ca⁹. Vel aliter: z Interfecerũt. q: de volũtate regis spãlis pmissuz est iudeis vt eos interficerẽt sm legẽ moysi: et sic fuerũt lapidati:q̃ lapidato pot dici frixio in igne vt supra dictum. a Helchias. Hic ꝓnter ponit gratiarũ actõ ꝓ liberatõe innocẽt: et h⁹ ẽ q̃ dr: Helchias ⁊ vxor ei⁹ lau. deũ ꝓ filia sua nẽ.sedet b Oz ñ su.iuẽ. i ea res turpi. Licz ei laudarẽt deũ ꝛ liberatiõe susãne a morte:tñ magis laudabãt eũ de liberatiõe sue innocentie:q: innocẽtia est mai⁹ bonũ q̃ sit coꝛpalis vita. c Daniel autẽ factus est magn⁹ nẽ. q: ex h⁹ facto intonuit pplo q̃ spũs erat i illo ⁊ ge l'legi diuie. Patz etiã ex h⁹ solicitudo ei⁹ circa pplm: q: licz cẽt i domo regi tñ solicit⁹ erat de his que fiebãt apud filios isrl.

Ca.XIIII.

Et rex astyages apposit⁹ ẽ ad pres suos et susceptꝰ est cyr⁹ ꝓs ẽgnũ ei⁹

Et rex astyages. Hic ꝓnter historia belis ⁊ historia draconis ponit:⁊ diuidit in duas ptes:q: ꝓmo tpus q̃ historia accidit exprimit: ⁊ secũdo historia describit:ibi Erat q̃ idolũ. Circa p⁹ aduertendũ q̃ aliq̃ dicũt istã ptẽ ptinẽ ad ca⁹. xiij. ita q̃ notat p h⁹ temp⁹ q̃ accidit factũ susãne. s. qñ mortu⁹ ẽ astyages rex ⁊ cyr⁹ ei succes sit : nõ tñ ẽ intelligẽdũ q̃ astyages regnauerit i babylõe:q: nũq̃:imo fuit rex medoꝛ ⁊ psaꝛ vt hĩ i scholastica historia:sz q: cyr⁹ multa bona fecit populo isrl. iõ sm istos h̃ notat tps q̃ cyr⁹ accepit astyagis regnũ. Ad euidẽtiã aũt h⁹ notandũ q̃ sic̃ scribit i scholastica historia Astyages vidit i sõnis de genitalib⁹ sue filie vitẽ ꝓcedẽ q̃ occupabat totã asiã. Et rnsũ ẽ ei a pjectoribus q̃ illa filiũ parẽt q̃ asiã sibi sbiugaret ⁊ astyagẽ debellaret:q̃ audito dedit filiã suã cuidã plebeio militi ne filiꝰ ex ea nascẽs nobil⁹ ⁊ potẽs fieret. Fecit ẽt obsuari tps pt⁹ filie sue:⁊ puez natũ fec occidi. Illi vo db⁹ h⁹ ꝓceptũ ẽ hoꝛrẽtes facin⁹ istõ:puez viuũ i nemoꝛe pieceꝛũt:quẽ pastoꝛ iuenies secũ poꝛtauit nutriuit ⁊ i filiũ adoptauit Qui adult⁹ factꝰ electꝰ ẽ a pastoꝛib⁹ i regẽ suũ ⁊ deliquẽtes grauit puiebat intñ q̃ clamoꝛ veit ad regẽ astyagẽ: qui accersito iuuene q̃siuit q̃re talia facẽt : et ille ꝓtãter rñdit q̃ poꝛat cũ eẽt ab eis electꝰ i regẽ:astyages aũt vultũ iuuenis ⁊ eꝰ ꝓstãtiã ꝓsideraꝛ:cogitauit ipz cẽ ꝺ semie r̃gio

et non filium pastoris: ⁊ inquirēs diligēter inuenit veritatē q ipe erat nepos suus quē occidi mandauerat: et diuina virtute mutatus est animus eius: ⁊ iuuenem recepit in gratiam credens q somnum suū fuisset impletum in regno ꝑdicto puerorū: ⁊ nepotem suum tradidit ad custodiendū ⁊ nutriendū cuidā de principibus: postea vo rebellanti bus persis contra astyagez missus ē ille princeps ⁊tra eos. Et recordat' cuiusdam iniurie quam fecerat sibi astyages: suasit occulte ꝓsis vt cyrū in regem sibi eligerent: et ipe ptez eoꝝ adiuuaret cōtra astyagez: ⁊ sic factuz est. Q̄ audiens astyages ꝓgregauit exercitū: vt debellaret cyrum nepotem suum: ipe tamen finaliter a cyro deuictus est. Cyrus tamē eum humane tractauit ⁊ ei regnū hircanoꝝ dimisit: Dario aūt filio astyagis regnum medoꝝ: ipe aūt regnū psarū sibi retinuit: ita tñ q regnum astyagis ⁊ darij ipis morientibus ad cyrum deueniret: et ideo cyrus astyage mortuo ei successit: vt h dicitur. Sed q dicunt aliqui q tunc accidit historia susanne: vt dictum est non videtur esse verum: quia cyr' post darium regnauit annis. xxx. vt dicunt historiographi: et tamē q̄n mortuus est adhuc erat fortis: et procedens ad bellū quia pugnans contra massetas: als massuetas mortu' est. Item q̄n successit astyagi iam ad minus erat xxv. annoꝝ vel circiter: q: iam ante ipsum in bello deuicerat: vt dictum est: et sic nō videtur q cyrus ante mortē darij succederet astyagi per decē annos vel circa. Q̄n aūt darius mortus est daniel iam erat. lxxx. annoꝝ ſm latinos: ſm hebreos. lxxiij. q: a tpe quo fuerat transmigratio in babylonē iam transierant. lxx. anni captiuitatis babylonice ſm latinos: ſm hebreos aūt lij. anni. Item. xj. de regno sedechie ante captiuitatē dictam: ⁊ post transmigrationē danielis in babylonē: et daniel q̄n ductus est in babylonē ꝓbabile est q esset decem annoꝝ vel circiter ad minus qui simul sunt anni lxxiij. Et sic nō potest dici q daniel esset iuuenis illo tēpore quo astyages mortu' est: ergo nō fuit tūc historia susanne: quia tūc iuuenis erat: vt dicit in littera. Suscitauit deus spiritū iunioris cui nomē daniel ⁊c. Item in littera dicitur q daniel a die illa ⁊ deinceps factus est magnus coram omni populo: ⁊ sic patet q erat iuuenis etate: quia a iuuentute sua fuit notus in sapiētia: vt patet. j. ca. danielis. Et ideo nō valet solutio aliquoꝝ dicē tiū q daniel hic dicit iuuenis non simpliciter quia iam erat magne etatis: sed dicitur iuuenis respectu senū qui accusauerant susannā: quia iam erat daniel. lxx. annorum: vt patet ex ꝑdictis. Senes aūt illi nō videtur tūc fuisse maioris etatis cum adhuc in eis vigeret tanta cōcupiscentia carnalis: quia iam ante per multos annos dixerat dauid de vita hominis: Si aūt in potentatib' lxx. anni et amplius eoꝝ labor et dolor. Sic igit patz q historia susanne non accidit tēpe quo cyrus successit astyagi: ⁊ ideo dicendū est q ꝑ mortez astyagis que hic notat cum dicit: Et rex astyages. designat tpus historie sequētis que facta est sub balthasar vel eulmeradach patre suo: ſm q dicit in scholastica historia: et ideo ē ꝑncipiū. xiiij. ca. libri danielis. Tūc aūt daniel erat puerete etatis ⁊ amicus regis babylonis ꝓpter sapientiā suam frequēter ostensam: vt patz ex dictis in libro danielis: nec adhuc erat destructū illud regnum babylonis ꝑ cyrum ⁊ darium. ꝓpter q̄ hec historia ponit inter scripturas non canonicas post historiaz susanne: ⁊ ante historiā iudith que cōtigit p' destructionē babylonis. a ¶ Erat quoq; idoluz. Hic describit historia belis et draconis in qua ostendit daniel extirpatoz idolatrie: sic in facto susanne ostendit ē psecutoz luxurie. ⁊ diuidit in duas ptes: q: ꝑ' ondit daniel audacia ad aggrediendū ardua ex fidei zelo: 2° ei' ꝓstantia ad sustinēdū aduersa i mort' piculo: ibi Q̄ō cū audissent babylonij. 3ꝯia adhuc i duas: q: ꝑ' ondit audacia daniel' obligādo se ad talionē morti i belis destructiōe: secūdo ingerēdo se piculo itoxicatiōis i draconis interfectiōe: ibi Et erat draco. Circa primū q̄ttuoꝝ tanguntur. s. erroris accusatio: 2° erroris accusati disquisitio: ibi Et irat' rex. Tertio disquisiti inuētio: ibi occidit ergo illos. Circa primū considerandū q idola habuerunt ortum a tpe nini regis assyrioꝝ: qui mortuo patre suo belo nomine fecit imaginē patris ad sui cōsolationem: et ei deferebat tantū honorem ⁊ reuerentiā q' confugientib' ad ipam ꝓcabat: ⁊ ex hoc homines ceperunt diuinū honorem impēdere illi imagini Ad hui' aūt similitudinē i diuersis locis fecerūt imagines amicoꝝ suoꝝ mortuoꝝ ⁊ eis ꝑpendebat honores. Et sic idola fabricata sūt ad exēplū idoli beli ꝑdicti: ita etiā ex eo notata sit: q: primū idolū vocatū ē bel' sic vocabat ille ꝑ q̄ factū ē idolū. Aliꝫ aūt ꝑsilit' notaue rūt: q: aliq; vocauerit idolū suū bel: aliq; beel: aliq; beelzebub ⁊ aliq; baal: apud babylonios aūt vocabat bel: ⁊ hoc ē q̄ dī hic: b ¶ Erat q̄z idoluz ⁊c. dies simile artabe duodeci. Simila ē farina delicatissima. Artaba ē gen' mēsure ꝓtinēs tres modios: ſz cui' q̄ntitat' sit modi' h accept': nō habet p certitudinē: q: quātitas modij variat ſm diuersas ciuitates ⁊ terras. Sed possum' h aliq̄d ꝓsecturare p lra: z sequētē Ille ei duodeci artabe ꝓtinebāt. xxxvj. modios farine: et tātū faciebāt de pane quātū sufficiebat sacerdotib' belis ⁊ familie eoꝝ: qui dicunt fuisse. lxx. ꝯ. ecdē ca'. c ¶ Vini q; amphoze sex. Amphora ē vas q̄dratū hns duas ansas ad modū auriū: vt dixit Isi'. xvj. ety. Amphora aūt ꝓtinet apud grecos pedē q̄dratū ō vino: ⁊ tūc nō accipit solū ꝑ vase i generali: ſz etiā ꝑ certa mēsura: q̄tū aūt āphoza teneat apud babylonios de qb' ē h ſmo: nō bēt p certitudinē i lra: ſz solū p ꝓiecturā ſm sufficiētia ꝓsonaꝝ quib' ministrabat illō vinū sic dictū ē de farina. d ¶ Rex q̄z colebat eū ⁊c. credēs aliq̄d diuinū cē i eo ex tāta comestiōe. Omīs eni gētes sp estimauerūt deū cē aliq̄d magnū supza hoiem: ⁊ iō oia mirabilia excedētia vtutē hūanā vl ſm rē vel ſm opinionē colebāt vt deos. e ¶ Dozzo dani. ado. deū suū. i. deū celi q̄ licz sit de' oīm p creatiōnē: dī tñ de' daniel spālit' p cultū spālē. sequit: f ¶ Nō co. ido. māufacta. q: i talib' nihil pōt cē ōinitat': cū sit infra hoiez sic q̄dā opa hūana. g ¶ Q̄z viuē. deū ⁊c. q: ipe ē formaliter vita: cū de' sit suū itelligē q̄ō ē nobilissimū viuē: vt hī. xij. meta. Est etiā de' vita effectiue causās in alijs vitā ⁊ motū: vt dī actuū. xvij. In ipo viuim' mouemur ⁊ sum'. h ¶ Et habet ptātez omis carnis. q: pōt omia ad nihilū redigē sic de nihilo creauit oia. i ¶ Et dixit rex ad eū: Nōne

Erāt aūt daniel cōuiua regis: ⁊ honoratus sup oīes amicos eius. Erāt q̄z idolū apd babylonios noīe bel ⁊ ipēdebant i eo p dies singulos simile artabe duodecim: ⁊ oues quadragita: vini q; ampboze sex. Rex q̄z colebat euz: ⁊ ibat p singulos dies adorare eū: pozro daniel adorabat deū suum Dixitq; ei rex: Quare non adoras bel? Qui respōdēs ait ei: Quia nō colo idola manufacta: sed viuentez deū: q creauit celū et trā: et hz ptātez ois carnis. Et dixit rex ad euz: Nōne videt tibi esse bel viuēs de'? An nō vides quāta comedat ⁊

videtur tibi bel esse deus viuens &c. Argumentū aūt sumit q; viuat ex ꝓmestione: quia nihil carens vita comedit: cum sit actus vegetatiue anime. a ¶ Et ait daniel &c. intrisec⁹ luteus est &c. & p ꝓsequēs nō habēs vitā nec viscera nec h⁹ modi mēbra cibū recipientia: et sic patet ꝓmū. s. errozis accusactio p danielem.

b ¶ Et irat⁹ rex. Hic ꝓsequēter ponit errozis accusati diſq̄sitio: & hoc est qđ dicit: Et irat⁹ rex &c. ratio fuit q; ille expense fiebant de bursa regis: & alia necessaria sacerdotū dabant a cōmunitate populi: & sic erant in grauamen regni: hoc enim fuit obseruatuz apud omnes gentes quasi de iure gentiuz q; sacerdotes vacātes diuino cultui recipiebant necessaria a cōmunitate populi: vel ab illo qui erat cōmunitati. Unđ dicit gen̄. xlvij. q; sacerdotes egypti nō sunt cōpulsi vendere possessiones suas tpe famis: q; eis victualia ꝓbebant ex horreis publicis. Qđ sequit patz in littera vsq; ibi:

c ¶ Tu rex pone escas sup mensam ante bel & vinū misce i. tēpora aqua secūdū modū illius terre in qua ꝓpter vini fortitudinem nō bibit sine aq̄ mixtōe. d ¶ Et clāude ostiū & signa ānulo tuo. hic enim erat modus sigillādi antiquit⁹: vt habet hester viij. & in ānulo isto erat imago regis sculpta. sequit: e ¶ Cō temnebant aūt. hoc est ꝓ:o nihilo habebāt facere talem obligationē: & causa sudit: f ¶ Quia fecerāt sub mēsa abscōditū introitū. ad quēe vniebant p viam subterraneam de domibus in quibus manebāt extra templū: qđ de leui poterat fieri in ciuitate babylonica: que nō erat habitata nisi valde diffuse: quia vt dictum est supra daniclis. iiij. ca⁹. ciuitas babylonica tenebat. viij. leucas in quadrum: ita q; intra ciuitatem erant agri & vince et similia: in quibus crescebant terre nascentia de quibus poterāt homies diu viuere obsidionis tempe. g ¶ Factū est igit. Hic ponit inquisiti errozis iuctio. h ¶ Quia postq; egressi sunt. s. sacerdotes de tēplo: i ¶ Precepit daniel pueri suis. i. seruis. k ¶ Et attulerūt cinerē & p totū tēplū cribrauit cozā rege. ad h⁹ vt videret rex manifeste q; nulla vestigia erāt ibi qñ exiuit de templo. Et signatū est ostium vt deꝓhenderent sacerdotes per viam aliā intrasse qđ patet in littera vsq; ibi: l ¶ Stratiq; cum aperuissent ostiū intuit⁹ rex mēsaz. ad videndū si cibaria erāt ꝓmesta. m ¶ Exclamauit voce magna. ad laudandū deū suū. n ¶ Magn⁹ est bel. in virtute q; tāta comedisti. Uidit eni mēsam vacuā q; totū comedisset. o ¶ Et nō est apud te dolus quisq̄. i. illa fraudulentia quā daniel affirmabat. p ¶ Et risit daniel. ex regis simplicitate. q ¶ Et tenuit regē ne ingrederet itro. donec vidisset vestigia illoz̄ qui de nocte intrabant ad comedendum ea q̄ erant posita sup mēsaz: ꝓpter qđ sequit: r ¶ Et dixit. s. daniel regi: s ¶ Ecce pauimētū: aiaduerte cuiꝰ vestigia &c.] vestigia aūt ifantiū a vestigiis viroz distinxit per quātitatē pedis: q; minoz̄ & in pueris q; in viris. Uestigia autē mulierū distinxit a vestigiis viroz p figurā: q; mlieres habent calciamenta alterius figure q; viri in terra illa. t ¶ Et iratus est rex. q; p euidens signū cognouit. s. falsitatez sacerdotū. v ¶ Tūc ꝓhendit rex sacerdotes &c. tanq; cōuictos x ¶ Et ostenderūt ei abscondita ostia. q; fuerunt positi in questionib⁹ & toz mēris ad talia reuelandū. y ¶ Occidit ergo. Hic cō sequēter ponitur errozis inuenti ex

bibat quotidie: Et ait dani el arridens: Ne erres rex. Iste ē eni intrinsecus luteus forinsec⁹ ereus: neq; comedit aliq̄n. Et irat⁹ rex vocauit sacerdotes ei⁹: & ait eis: Nisi dixeritis mihi: qs est q comedat ipensas has moriemini. Si aūt oñderitis q̄n bel comedat hec: morietur daniel: q; blaspbemauit in bel. Et dixit daniel regi: Fiat iuxta vbū tuū. Erāt aūt sacerdotes bel septuagita: excepti vxoribꝰ & puulis et filijs. Et venit rex cū daniele in templū belis. Et dixerūt sacerdotes belis: Ecce nos egrediemur foras: & tū rex pōe escas & vinū misce et claude ostiū & signa ānulo tuo. Et cū igressus fueri mane: nisi ꝰueneris omnia comesta a bel morte morie mur: vel daniel q mētitus ē aduersū nos. Cōtēnebāt aūt: qūia fecerāt sub mensa abscōditū itroitū: & p illū ingrediebant sp & deuozabāt ea. Factū ē igit pōstq; egressi sūt illi: & rex posuit cibos añ bel: pcēpit daniel pueri suis: et attulerūt cinerē & cribrauit p totū templū cozaz rege: & egressi clauserūt ostiū & signātes ānulo regi abierūt. Sacerdotes aūt ingressi sunt nocte iuxta ꝓsuetudinē suā et vxores et filij eoz̄ et cōmederūt omia & biberūt. Surrexit aūt rex ꝓmo diluculo: et daniel cum eo. Et ait rex: Salua ne sunt signacula daniel: Qui respōdit: Salua rex. Statiq; cū aperuisset ostiū: intuit⁹ rex mēsaz exclamauit voce magna. Magn⁹ est bel: et non est apud te dolus q̄q̄z: Et risit dāniel: et tenuit regē ne ingrederet intro: et dixit: Ecce pauimentuz: aiaduerte: cuiꝰ vestigia sunt hec. Et dixit rex: Uideo vestigia viroz̄ et mulieꝝ et infantiū.] Et iratus est rex. Tunc apprehendit rex sacerdotes et vxores et filios eoz̄. et ostenderūt ei abscondita ostiola p q̄ ingrediebāt & ꝓsumebāt q̄ erāt sup mēsam. Occidit ergo illos rex et tradidit bel in ptātē daniel: qui subuertit eū et tēpluz ei⁹. Et erat draco magnus in loco illo: et colebant eum babylonij.

tirpatio p mortē sacerdotū & destructionē idoli & templi: & hoc est qđ dicit hic: Occidit ergo illos rex. i. occidi fecit. z ¶ Et tradidit bel in potestatē danielis. ad faciendū quicq̄d vellet. a ¶ Qui subuertit eū. idolū cōminuēdo: b ¶ Et templū ei⁹. ipm destruēdo. c ¶ Et erat draco. Hic oñdit danielis audacia in iuasiōe draconis venenosi: & diuidit i duas partes: quia ꝓmo ponit iuasiōis ratio: secūdo ipa iuasio: ibi Tu aūt rex. Ratio āt iuasiōis fuit: q; rex volebat vt daniel draconē colēr: & h⁹ ē qđ dī h ¶ Et erat draco. ma. i illo loco. i i babylone i q̄dā tēplo in q̄ loc⁹ subtranē erat vbi ille draco erat d ¶ Et cole. cū babylonij. q; sic dictū ē qñ homies vdiebāt ydolitū q̄d & mirabile excedēs hoīs vtutē: reputabāt illō tāq; deū. Mod⁹ aūt colēdi vt dicūt aliq̄ erat p q̄dā instrumēta facta de cozio vitulio plena aq̄: & iō dicebāt hydrulia: ab hydros qđ ē aq̄. Sacerdotes igit illi⁹ tēpli pcuticbāt illa hydrulia vgis: & sic rēddebāt sonitū tribilē

Et dixit rex danieli. Ecce nūc nō potes dicere: qz iste non sit deus viuēs. Adora ergo eū. Dixitqz dāniel regi: Dñm deū meū adoro: qz ipe ē de⁹ viuēs. Iste aūt n̄ est de⁹ viuēs. Tu aūt da mihi ptātez z iterficiā draconē absqz gladio z fuste. Et āit rex: Do tibi. Tulit ergo daniel picē z adipē z pilos z coxit pariē: fecitqz massas z dedit i os draconis: ēt dirupt⁹ ē draco. Et dixit dāniel: Ecce quē colebatis. Qō cūm audissent babylonij: i dignāti sūt vehemēter: ēt cōgregati aduersū regē dixer̄ūt: Jude⁹ fact⁹ est rex. Bēl destruxit: draconē iterfecit: z sacerdotes occidit. Et dixerūt cū venissent ad regē

Trāde nobis danielē: alioqn interficiem⁹ te z domū tuā. Vidit ergo rex q̄ irruerēt i eū vehemēter: necessitate ꝓpulſ⁹ tradidit eis danielē. Qui miserūt eū in lacū leonū: z erat ibi diebus sex. Ꝑro in lacu erāt leones septē: z dabāt eis duo corpa quotidie z due oues z tūc nō data sūt eis: vt deuorarēt danielē. Erāt autē abachuc ꝓpha in iudea: ēt ipe coxerat pulmētū: z intriuerat pānes i alueolo: z ibat i cāpuz: vt ferret messorib⁹. Dixitqz āngel⁹ dñi ad abachuc: Fer prāndiū qō bēs i babylonē danieli q ē i lacu leonū. Et dixit ābachuc: Dñe babylonē n̄ vidi: ēt lacū nescio. Et āp̄hēdit eum

